C

HERMANNI Grube/
Med. & Phil. D.
DE
TRANSPLAN-TATIONE MORBORUM.

Analyſis Nova.



HAMBURGI,
Apud GOTHOFREDUM Schultze.
Proſtat & AMSTERODAMI
Apud JOANNEM JANSSONIUM
a WAESBERGE.

M DC LXXIV.

ILLUSTRISSIMO COMITI AC DOMINO, DOMINO

FRIDERICO,

COMITI DE AHLE-
FELD, LANGELAND ET
RIXINGEN, BARONI in Mörsburg/
DOMINO in Grauenstein / See- ET
Belgarten ET Wildens / EQUITI AU-
RATO, SACROS. REG. MAJ. DANIÆ
ET NORWEGIÆ COLLEGII STA-
TUS CONSILIARIO INTIMO AC
PROVINCIALI EXCELLENTISSIMO,
IN DUCATU HOLSATO-SLESWI-
CENSI PRO-REGI MAGNO
STEINBURGI ET DITMAR-
SIÆ PRÆFECTO
SUMMO.

Domino meo Gratiosissimo

Cultum & Obsequia humiliora.

UTarne panegyri? Illustrissime Comes, DOMINE gratiosissime? Utarne panegyri? (ceu moris est aliàs vel quicquam dedicaturis Heroibus) in ipso sive fœtus sive abortus mei vestibulo, sub Nominis Tui Illustrissimi Patrocinio, ceu sub vado lucẽ intuentis? An sacro venerer silentio laudes Tuas sempiternas? quas Dania tota, quas tota debet Holsatia Meritis Tuis & Pace & Bello Illustrioribus? Quas totus terrarum orbis & nunc debet Virtutibus Tuis verè Heroicis, & ætas debitura est posterior. At quæ Panegyris? Unde incipienda, aut quo terminanda sit pacto, non video Altiora Tua contemplatus? Quæ enim proportio est dotes inter Tuas planè excelsas, & meam sive dicentis sive scribentis imbecillitatem? Quid ad infinitam laudum Tuarum copiam inopia? Ad Augustiora Tua ratio dicendi angustior? Cum tanti negotii sit vel sola laudum Tuarum historia, ut impar videatur etiam Optimis quibusque dicendi Magistris. Quid enim in TE, Illustrissime DOMINE, aut venerari prius licet? Aut quid admirari posterius? Familiæne Tuæ Illustrissimæ Splendorem an meritorum Tuorum? Sunt utraque, quò illustriora, eò orbi Universo notiora. Quò latius diffuderunt suum jubar, & diffundunt, eò obscurari nesciunt difficilius. Munera sanè Illustria sustines, DOMINE, & Magni Pro-Regis in primis, quæ tam splendide gessisti hactenus, ut

ad TE tendantur unum tot manus ſupplicum; tot vota dirigantur clientum, (cum ſalutem ſuam videant TIBI Tuisque conſiliis deberi Auguſtioribus) certentque inter ſe de TE venerando, in quo ſumma cernunt omnia, quæ vix in aliis ſingula: Quæque in maximis etiam mediocria. Admirabilis genius Tuus! Dotes animi Tui Celſiores adeò animos obnubilant perorantium, ut neſcio quo pacto faſcinata veluti omnis hic ſileat argutia, longèque minor ſit vel quivis laudantium character. Varius Tuus ac infinitus rerum uſus, Prudentia item incomparabilis non noſtris tantum, ſed & exteris togâ æquè ac ſago tantæ fuerunt & ſunt admirationi, ut, ſi quis dixiſſe, quæ dici poſſunt, omnia videatur, & ipſa multò ſint ac longè ſuperiora. Eruditio autem Tua (ſi gratioſè velis, Illuſtrisſime Domine, in laudum partem Illuſtrium & hanc adſciſci) inuſitata eſt planè in Tanto in primis Faſtigio. Quodnam Eruditionis genus tam altum eſt? Tam reconditum? Tam curioſum, quod mentem Tuam fugiat ſublimiorem? Quæ cum Iuris legumque Peritorum juxtà ac Politicorum tum Hiſtoriographorum Oceano veluti longe lateque patenti penitisſimè exhauſto ſatiata neutiquam, ſacroſanctæ quoque Theologorum Sophiæ, Medicorum item ac rectius Philoſophantium non limina ſalutavit, ſed ipſa tam intimè luſtravit adyta, ut inter curas publicas & tot actionum Illuſtrium Catenam & hoc videaris egiſſe, & ipſi ha-

um Facultatum Magiſtri obſtupeſcant. Quæ quidem tacitâ fas eſt religione venerari, ſupra eloquentiam vel diſertisſimi cujusque poſita. Cultum tamen, quem Illuſtriſs. T. Excell. debeo, id eſt Humillimum nolo hic publicè ignorari. En ergo libellum; cultus mei interpretem Humillimi, & Gratiæ Tuæ aucupem, Illuſtrisſime Domine, & benevolentiæ Clementis. Reſpice eundem pro more Tuo hoc eſt vultu gratioſo, ut ipſe cum authore ſuo tutus queat vel quosvis ictus adverſantium ridere, habeatque, unde ſibi gratuletur. Propitium Numen TE diutisſime nobis ſervet, inclytum orbis totius ſidus & ſeculi noſtri miraculum! Dedi Hattersleбiæ pridie Id. Novembr. Anno reparatæ Gratiæ M DC LXXIV.

Illuſtriſs. T. Excell.

Humillimus Servus

Hermannus Grube, D.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Nunquam mihi, fateor, ab ipsis tyrocinij annis, ex quo genium sapientiæ cognoscere per ætatem potui, probatum est τὸ illud ἀυ̃τος ἔφη. Hoc est pluris usque putavi rei veritatem quam authoritatem sive dicentis sive scribentis æstimandam: si quis discere artem Medicam aut docere cum fructu velit. Nihil enim est, quod a tot usque seculis detrimentum æquè attulit artibus ac disciplinis quàm nimia illa sive ingenij sive judicij diffidentia. Hinc tot Theologis natæ sunt, tot Philosophis hæreses; tot in jurisprudentiâ, tot in Medicina errores. Et in arte Medicâ inprimis: Decipimur enim facilius, cum vel fabulæ quævis aniles experientiæ; Aut sinistrè Philosophantium somnia, quæque credita falsò sunt a longo annorum decursu veri soleant vicem obtinere. Exempla non est, ut longius arcessam, cum obvia sint velubivis. Constans a tot usque temporibus obtinuit opinio etiam

iam apud Magni nominis Medicos ad lac augendum conferre menses aperientia. Sed capitrem eandem nostris demum temporibus haut ineptè sub incudem vocare Medicus quondã ac Professor Lipsiensium Celeberrimus Langius in Miscell. Medic. curiosis. Quâ de re eò nunc sum parcior, quò Sect. 2. Comment. mei de arcanis Medic. non arcanis fui prolixior, unde litis decisio eiusdem lectori petenda est Curioso. Nulla ignis flamma corrumpi Salamandram posse, tot authorum quondam constitit testimonijs, posteris temporibus Dioscoridi, Galeno & aliis elusis. Mediam institere viã recentiores, rati, ignẽ omnino posse & sustinere & extinguere Salamandrã; Sed si & protrahatur diutius, & vehementior flamma sit, non interire solum, sed & funditus consumi: Uti ex recentioribus inculcavit Nobilissimus Sachsius in Gammarologiâ suâ Enucleatissimâ. Quæ Ephimerid. Eruditorum c. VIII, de Salamandrâ, & adverti merentur & digna sunt, quæ huc adscribantur. Sic enim ibi Nicolaus Stenonius Celeberrimus ille Anatomicus Româ ad Doctorem Croonẽ assertum sibi esse perferi-


ILLUSTRISSIMO COMITI AC DOMINO, DOMINO

FRIDERICO,

COMITI DE AHLEFELD, LANGELANDT ET RIXINGEN, BARONI in Mörsburg/ DOMINO in Grauenstein / See- ET Baalgarten ET Wildens/ EQUITI AURATO, SACROS. REG. MAJ. DAN. ET NORWEGIÆ CONSILIARIO, COLLEGII STATUS INTIMO PROVINCIALI EXCELLENTISSIMO, IN DUCATU HOLSATO-SLESWICENSI PRO-REGI MAGNO STEINBURGI ET DITMARSIÆ PRÆFECTO SUMMO.

Domino meo Gratiosissimo

Cultum & Obsequia humiliora.



ILlustrissime Comes, Domine Gratiosissime, Tanta est admiratio Nominis Tui Illustrissimi, Tanta meritorum Tuorum gloria (de Familiâ Tuâ nunc taceo Illustrissimâ, quæ quò Factis Heroum Illustrior, eò Orbi notior est Universo) & Togà & Sago planè Illustrium, ut Orbis admiretur totus; TE Sidus Inclytum appellet venereturque Dania; Seculi nostri Miraculum Holsatia: Ad TE quoque UNUM tot manus tendantur supplicum, cum Consiliis Tuis Augustioribus, Magne Pro Rex, salutem suam videant debe-

deberi: Tot vota dirigantur clientum, cum ASYLI instar sit CLEMENS TUA BENEVOLENTIA. At quæ dotibus Tuis Celsioribus digna fingi oratio? Quæ par meritis Tuis dici scribique poterit panegyris? Quid in Tuis deprædicandis Augustioribus suada nostra angustior? In TE venerando suspiciendoque ac Nominis Tui procudendâ æternitate certatim contendunt Optimi quique; Cum in TE UNO summa cernantur omnia, quæ in aliis vix singula, & in maximis etiam mediocria. Admirabilis genius Tuus est: Varius ac infinitus verum usus; Prudentia Incomparabilis; Merita tam splendida, ut ad horum jubar adeò caligent Laudantium animi, ut fascinata veluti omnis eorun-

dem ſileat argutia, longèque minor ſit vel quivis perorandi character. Eruditio autem (ſi in laudum partem, rerumque geſtarum Illuſtrium, quæ TE ipſis terrarum Diis hoc eſt Regibus gratum, toti orbi reddunt Admirabilem, & hanc adſciſci gratiosè velis, Illuſtriſsime DOMINE) aliis in Tanto Faſtigio parcior, TIBI inexhauſta ac inuſitata eſt planè. Mens quippe Tua planè Exceſa cùm legum Jurisque Peritorum juxtà ac Politicorum, tum Hiſtoriographorum oceano vaſtiſsimo penitius veluti exhauſto ſatiata nondum ſacroſanctæ quoque Theologorum SOPHIÆ, Medicorum item ac ſanè Philoſophantium non limina ſalutavit, ſed ipſa tam intimè luſtravit adyta, ut inter curas publicas, & tot actio-

ctionum catenam Illustrium &
hoc videaris egisse, & ipsi obstupescant harum Facultatum Magistri. Verum hæc omnia supra eloquentiam vel Disertissimi cujusque posita tacita fas est religione venerari; Nefas verò cultum, quem Illustriss. T. Excell. debeo, id est Humillimum publicè diutius celare. En ergo libellum! Illustrissimo Tuo Nomini consecratum, Illustrissime Comes, & cultus mei interpretem Humilioris, & clementis Tuæ aucupem Benevolentiæ. Respice eundem benignius, id est vultu sereniore, cum omnium instar mihi sit Clemens Tuum Patrocinium, quô solô innixus ridere possum vel quosvis sive ictus sive voculas adversantium. DEUS TE his Regnis servet Illustrissime Comes,

 Illu-

DEDICATIO.

Illuſtriſsimæ Domui ac nobis incolumem! Dedi Hadersleбiæ ipſis idibus Novemb. A. reparatæ Gratiæ 1674.

Illuſtriſſ. T. Excell.
Humill: Servus

HERMAN Grube/ D.

ſcripſit a Corvino Equite, Salamandrum ex Indiâ ſibi apportatum in i-gnem ſe conjeciſſe, qui verò illicò inflatus maximam materiæ copiam ſalivæ ſimilem evomuit, quos vicinos Carbones, in quos ſe recepit, extinxit, quos accenſos denuo eadem ratione extinguere repetiit. Poſtquam ita vel 2. horarum ſpatio ab ignis violentia ſe ſervarat Salamander, Eques ipſum extraxit iterum, cum diutius eum in periculo verſari nollet, a quo etiam tempore IX. menſes vixit.

Vim ſuccino ineſſe attrahendi feſtucas, vel lippis puto ac tonſoribus notum uſque fuiſſe. An autem attrahat Ocymum, id alii quidem in dubium cæperunt vocare, alii tanquam re explorata penitius, audacter ſatis inficiari. Ita enim Levinus Lemnius de occultis naturæ lib. IV. c. X. miracul: Succinum, *inquit*, gagates adamas attrahendis paleis ac feſtucis delectantur, omniaque præter ocymum vulgo baſilicum ad ſe rapiunt. *Sed Curioſæ recentiorum obſervationes argumento ſunt ſatis luculento, non ocymum tantum ſed vel*

 quæ-

quavis folia a succino trahi etiam viridiora. Factum periculum mihi est in lactucæ, ocymi, brassicæ, vitis & aliorum foliis adhuc viridioribus, sed minutissimè concisis eventu respondente voto meo periclitantis. Et verò vim attrahendi illam non in succino tantum, sed & in mastiche, in sulphure vulgari, in Rubino, Adamante, Smaragdo, cera sigillata & id genus similibus, in nonnullis etiam fortiorem inesse, fortean non æque omnibus qui vel quicquam in historiam succini commentati sunt, tangitur, aut parcius certè, de quo, Deo sic dante in SUCCINOLOGIA, quam meditor, uberius. De viperis, de earundem coitu, & similibus quot quæso fabulæ antiquis, quot opiniones, non in vulgi tantum Cerebellis natæ, sed doctorum quoq; virorum, ac in ipsa medentium orchestra primum facilè locum tenentium. Quæ quidem vanitatem eludente experientiâ, explosa omnia sunt recentioribus, in primis testi omnium Oculatissimo Francisco Rhedi in observationibus de viperis oppidò curiosis. Ab omni fulminis ictu laurum immunem certa hærebat veteribus, & altius infixa opinio,

unde

unde Plinius & alij multa. *Post in dubium cæpit res eadem vocari Fracastorio De symp. & antipath. CXXIV. Hinc* de lauro, (*ait*) traditur non feriri ipsam a fulmine, quod non satis certum est. Fô autem receptò, quod res ita sese habeat, promptior quidem potest esse ratio in navi quàm in lauro *&c. Et paulo post Id.* In lauro autem utrum talis antipathia sit, incertum est; Illud magis in causâ putarim, quod laurus rotunda admodum est, & corticis densi ac lævis, a quibus omnibus fit, ut incidens vapor non inhæreat. *Sed & sedulæ recentiorum observationes docent, positam neutiquam laurum esse extra fulminis jactum; Uti inter alios discimus ex Scotto promocondo illo rerum curiosarum. Fortissimum animalium leonem galli cantu terreri insigniter; Inter alios ipse quoque Fracastorius asserit constanter de Sympath. & Antipath. Cap. I. At recentiorum alij in dubium vocarunt, alii negarunt prorsus, quam quidem meam nunc non faciam controversiam. Possem longam seriem, hoc quidem acturus enumerare eorum, quæ a longis*

gis usq; annis & magni habita & veri ipsius loco, post sordere cœperunt, aut recentiorum sagacitate detecta demum deprehensa sunt falsissima. Pro re igitur natâ nec mihi existimo verti id vitio posse, quod TRANSPLANTATIONI morborum vulgô receptæ, quæque nunc passim in orbe apud ipsos etiam Medicos punctum visa est mereri, suum conscripserim funus rationis pariter ac experientiæ fulcris innixus firmioribus. Nec est quod regeras debuisse me in antè laudato meo de arcanis Medicorum commentario de TRANSPLANTATIONE MORBORUM & loqui & sentire mitius aliquantò, cum quod non neganda videantur statim, quorum non in aperto posita sit ratio, tum quod huic quoque sententiæ Magni viri suo subscripserint calculo: Quid? quod suo etiam fructu non destituatur, cum ægri imaginatio, cujus magna vis est in morbis, in illâ sit quàm in optima medendi ratione altius fixa interdum. Sed facilis ad hæc est responsio, ad singula quidem sigillatim. In rerum censu naturaliũ effectus fateor sat multos reperiri, quorum ratio ignoratur in primis penitior.

Ma-

Magna quippe imbecillitas est mentis humanæ, quam vel pleraque naturæ fugiunt abstrusiora. Hinc aut rerum naturalium cultores aut artem Medicam facientes multa oportet novisse, quæ rem usus longior tum ætas & civitate Medicâ donavit, & ægris proficua docuit ac salutaria, quorum διότι hoc est rationem si exegeris accuratiorem, aut reddere planè nesciunt, aut certè imbecilliorem reddunt etiam Acutissimi. At verò quicquid sit, eius tamen notæ hæc omnia sunt, ut modus agendi (liceat nunc ita appellare agentis conjunctionem cum patiente) nec obscurus sit prorsus, nec sphæram transiliat activitatis. Neque verò præterea (ut alteri sic scopulo eatur obviam) scripto nostro tanguntur viri Docti, sed vetulæ, sed agyrtæ & alij gregis ejusdem sycophantæ, qui tam arte ipsâ, quam methodo medendi, quam nunquã didicêre, neglectâ vel solo TRANSPLANTATIONIS aut arcanorũ nescio quorũ nomine superbi satis audacter ludũt fallaciæ dicam an avaritiæ suæ mimũ. Quibus quò indulgeas magis, eò plus derogas veritati, cui incorruptè fas est velificari. Neque verò diffiteor (ut & tertio satis du-

bio fiat) indulgendum haut rarò ægris esse; si & ægrigenius & morbi agere nos Medico-Politicos & a methodi rigore iubeat deflectere. Quod usu venire interdum solet in melancholicis; in quibus plus verbis haut rarò profeceris quàm herbis; dolo itidem plus ac ridiculo curationis genere, quàm agere ipsum si velis Catonem. Notissima juxtà est ac lepidissima, quæ commemorari solet de illustri quodam viro historia qui cũ morbo correptus in pago degeret, manuque Medicâ orbatus plus de absentia conquereretur medentium, quàm morbi ipsius vehementia; Singulari usi stratagemate sunt ministri ejus, & quẽ secum habebant; coquum habitu indutum nitidiore, personam fingere medentis, ipsumque quotidie jusserunt invisere; Cujus & conspectu & alloquio quotidiano ita recreatus in dies æger est, ut jam sibi videretur ipsi pæne redditus: Sed dolo detecto & coquo, quem Medicum putaverat, cognito, idem recruduit malum, longèque evasit asperius. Quis hoc inventum politicum prorsus improbaret, & non laudibus potius, ponderatis quidem ponderandis efferret? quas pari ratio-

ne

ne meretur sive Medicus sive alius quispiam, qui melancholico cuidam, sibique omnino capite se carere persuadenti mytram imposuit plumbeam; donec ultro & de capitis gravitate conquereretur æger. adeòque integrè liberatus phantasmatis sui errorem confiteretur. Hæc & alia, quæ proœmij hujus brevitas non sinit; tantum abest, ut sive in Medico sive in alio vicem gerente jam tum medentis, ullam promereantur reprehensionem; ut digna potiùs omni laude inter Politico-Medica videantur referenda. Si hoc etiam animo citra omnem superstitionem uti TRANSPLANTATIONE aliquis Medicorum in ægris velit, ab omni medicaminum usu abhorrentibus planè, per me liceat omnino. Cum autem accipi variè poßit fortean TRANSPLANTATIO, integram placuit historiam (cujus particulam tantum in Commentario meo de Arcanis Medicorum non arcanis & beviter libavi, & quantum ratio patiebatur Compendij) retextam velut filo aliquanto longiore deducere. Bene faveat his cæptis Divinum ac Propitium Numen.

SE,

SECTIO PRIOR.

Tradit variam TRANSPLANTATIONIS acceptionem, & cum rationibus tum experimentis probat, Magneticam illam vulgò quidem receptam & incertam & foro Medico videri exigendam.

CAP. I.

Innuit variam acceptionem.

SUmi TRANSPLANTATIO ſolet, quando ab alio in alium tranſeunt morbi, vel contagio aut hæreditate, quorum illi vel in ſale volatili acri aut in ſubſtantiâ aliquanto craſſiore conſiſtentes hinc vel ſolo contactu, (cujus notæ lues venerea eſt, elephantiaſis & alii id genus ſequiora) illinc non contactu ſolum, ſed effluviis etiam venenatis & halitu ipſo communicatis ſuum in alios viros transfundunt, qualia peſtis, febris maligna, & ſi quæ alia ſunt id genus: Hi verò mediante ſemine a partibus in liberos derivantur aut nepotes. Deinde venire TRANSPLANTATIONIS nomine poteſt tot elogiis recentiorum cele-

nota illa Chirurgia antefuſoria, quod ſanguinis beneficia a ſano in ægrum transfuſi vel conclamatis creditur poſſe ſanitas reparari: Tum pro illâ etiam capitur TRANSPLANTATIO quæ vel ſolis verbis aut ritibus inſtitutis ſuperſtitioſis, ubertim laudata veteribus. Deniq; pro magneticâ illâ (uti vocant) curandi ratione, quâ morbus creditur ab homine in bruta poſſe in plantas & alia ſive per urinam ſive per ſudorem ſive per alia, (certâ illâ neglectâ inter agens & patiens diſtantiâ) propagari, ipsâ ſuccedente mali ipſius minerâ. Hæc me judice quidem & incerta videtur & digna, quæ foro exulet Medicorum. Quæ autem vel verbis fit aut ritibus ſuperſtitioſis tantum abeſt, ut ullâ egeat refutatione, ut riſu excipienda ſit potius. Quæ autem vel contagio transferuntur vel hæreditate Chirurgia itē transfuſoria quo ſenſu mereantur in ſcholâ Medicâ admitti, infra ſumus, Deo ſic volente, uberius oſtenſuri. Nunc accinctu opus eſt ad caput ſequens.

CAP. II. SECT. I.

Proponit' rationes, quibus vulgo recepta quam Magneticam appellant, TRANSPLANTIO refutatur.

Arduum fateor aggredior opus, quod ire exequias cupiam transplantationi sic dictæ Magneticæ & vulgo receptæ tot Medicis pariter ac Physicis etiamnum solitæ insigniter commendari: Qualis illa etiam est, cujus mentio fit CL. Freitagio. Sic enim ille, *audivi*, inquit, *a Mago, qui se Medicum profitebatur, curari hydropem, si cancri numero septem vivi applicentur ventri laborantis, per semihorium deinde permittantur in rivulum, ex quo sunt capti, repere: Sic fore ut secum omnem abducant & evehant hydropici aquam.* Cujus notæ ibidem febris mentium aliorumque morborum, quæ sive per Cancros sive per alia instituitur, curatio, cujus non unus idemque modus, uti pluribus patet ex illis, qui hoc egerunt. At verò integro aliorum judicio, me nondum pœnitet sententiæ illius Conringianę jam tum ipsis tyrocinii annis altius imbibitæ (quamvis paulò ali-

aliam nunc videantur faciem in non-
nullis res Medicorum induiſſe) quam
Magni Viri verbis hic lubet exprimere:
ſic enim ille lib. 2. de Hermetic. Medic.
cap IV. *Nam nec TRANSPLANTATIONEM*
(inquit) *quicquam valere in morbis quos*
ſibi relicta ægrotantium natura non ſolet ſa-
nare, niſi acceſſerit conſtans quædam, & te-
mere concepta perſuaſio, comperimus. Mo-
dus quoq; transplantandi non minus varius
eſt, & inter ſe diſſidens. Sed & naturalem
eam hic nihil operari rei illius, in quam ſit
TRANSPLANTATIO, iisdem licet argu-
mentis demonſtrare, quibus paulò antè in
negotio armario ſumus uſi. Unde non pi-
gebit, quæ breviter attigi de TRANS-
PLANTATIONE MORBORUM, in
Comment. meo de arcanis Medicorum,
hic retexere, & penitius aliquantò de
eadem Philoſophari, nihil daturum af-
fectibus, omnia veritati. Incerta igitur
illa eſt, quam dixi, TRANSPLANTA-
TIO, & foro videtur Medico indigna,
niſi omnẽ rectius Philoſophandi ratio-
nem velimus planè exactam. Sunt au-
tem in re naturali æquè ac Medicâ duo

potissimum, quibus veritas innititur, fulcra ratio & experientia. Ab utraq; eliditur eluditurque hæc TRANSPLANTATIO. A ratione quidem, (uti in hoc capite sumus ostensuri, cum de experimentis in sequentibus) quod neque principiis Aristotelicis nec Chemicis, nec ipsis etiam atomis Cartesianis conformis videatur modus, quem sententiæ illius præcones inculcant, agendi, quô aut res laborantibus imposita & postea, vel terræ vel aquis vel aliis commissa, aut sive sanguis sive urina aut alia ægrotantium excrementa vel alimentis immixta ac brutis propinata, aut ad plantæ alicujus radicem defossa reliquam morbi materiam, ex ægro corpore etiam remotissimo credantur attrahere. Modum verò agendi dico ipsam agentis cum patiente conjunctionem sive immediatam, quæ contactu immediato, sive mediatam, quæ atomis fit mediantibus. Si mediatam velint (immediatam enim non possunt in hoc negotio) curationis transplantatoriæ patroni, per atomos eandem fieri attractio-

ſionem non poſſunt non admittere. Motus verò atomorum certam utique arguit inter agens & patiens diſtantiam, uti didiſcimus in aliis. A felis præſentiâ ſunt qui ita abhorrent, ut ab animi deliquio aut propius abſint, aut in idem incidant, niſi cito removeas. Magnes attrahit ferrum, ſuccinum, adamas ac maſtiche feſtucas. At ſi is qui abhorret tantopere a fele, non in iisdem cum illâ ſive ædibus egerit ſive hypocauſtis, nullo afficietur incommodo. Nec magnes trahet ferrum, nec feſtucas ſuccinum, niſi propius admota. Verum fac poſſe, (ut ad TRANSPLANTATIONEM noſtram revertamur) per longum itineris anfractum attrahi illas atomos; qui verò tam recta & motu neutiquam impedito ab ægri Corpore ad rem vel terræ vel aquæ aut aliis commiſſam ferantur, non video: Cum vel diſſipari in itinere & abripi aliò a ventis queant, uti aliàs argumento ſunt minimè obſcuro cadavera in viis publicis proſtrata, & nares prætereuntium fætore ſuo afficientia mirum in modum, mo-
 dò

dòpropé , modò remotius pro genio ventorum, ad quos motus ille atomorũ dirigitur, diverso. Neq; verò est, ut ad atomorum similitudinem hic confugiamus: Sive enim illam quæsieris in crasi, sive in figurarum juxtà ac pororum convenientiâ, neutrum huic faciet satis paradoxo. Si enim in crasi; quot, Bone Deus! alterationibus hæ expositæ sunt atomi, per tot etiam heterogeneas, quîs refertus aer est undiquaque, peragrantes. Quibus si miscentur (non possunt autem non misceri, nisi velis rationem illis præter rationem adscribere) aut prorsus retrahentur aliò, aut si ad atomos socias suum moliantur reditum, tam longè revertentur immutatæ, ut neq́ue similitudo deprehendatur, nec ulla adeò fiat attractio: Sin in configuratione similiore, & illa potest variè torqueri, mutarique in itinere. Docent aliàs Chemici peritiores, mirificam subire mutationem salium figuras, variè ac crebrò Vulcano expositas, quod & Cartesius adstruit Subtilissimus Cap. 3. de meteor: *Partes, quæ mixta composuère,*

fuêre, easdem esse existimans, sed inter se collisas & vi ignis agitatas modò ex rigidis & inflexibilibus plicatiles, ex teretibus planas & secantes evadere, modò ex flexibilibus & plicatibilibus in inflexas & rigidas, modò ex fixis in volatiles, modò ex his in fixas, &c. mutari. Quod & suo confirmavit calculo vir cum in omni literaturâ ac antiquitate, tum in arte Medicâ versatissimus D.D. Olaus Borrichius in Nitidissimâ illâ dissertatione de ortu & progressu Chemiæ. Ex quibus nunc facillimum collectu est, quid de atomorum mutatione, undiquaq́ue in aere circumvolitantium, & tam varias subeuntium alterationes sit sentiendum: Neq́; non an aliæ præ aliis hoc quidem in passu certis gaudeant privilegiis: Cum vel ex atomorum miscellâ aut heterogenearum pugnâ, meteororum fieri generationem in aprico sit ex singulis annorum tempestatibus. Neq; vero, quem statuunt, spiritus Universi, & cujus beneficio atomos putant a corpore ægrotantis ad rem vel defossam transferri, vel aquæ aut aliis demandatam, par huic videtur opinione tuendæ. Aut enim

atomos alias ad alias promiscuè deferret hic spiritus, aut ad certâ tantum prærogativâ donatas? Sin prius, confusio rerum nasceretur omnium, sin posterius? Anne a re impositâ? An ab ipsâ defossione illa arcessenda est prærogativâ? An verò a meatuum convenientiâ? Sin a re imposita? Cur epithemata aliàs a partibus affectis remota sed citra superstitionem (non habitâ ratione utrum locis sordidioribus an aquæ an alibi committantur) non eundem sortiuntur effectum? Si a defossione? Contradicere sibi videntur ipsis sententiæ ejusdem Propugnatores, qui alias in magneticâ vulnerum curatione sedulò jubent caveri, ne vel igni, vel aëri frigido nimis aut obscuro exponatur sive telum sive aliud, quò patratum vulnus est, instrumentum, rati, quicquid sive atomi sive spiritus in sanguine teli sentirent incommodi, idem & congeneri suo in venis συμπαθικῶς communicari: Anne & ipsi in suos impingunt canones? si herbam aliquam (E.g.) in pleuritide lateri ægrotantis impositam, & atomis jam probè
se-

ſequioribus imbutam, ſub terrâ defodiant, eamque ſinant computreſcere; Nec verò non de nihilo eſt, ſi regerant fortean curandi rationem hic reperiri diverſam, quod levaminis haut parum ab unguine illo in curatione vulneris magneticâ mutuetur, ſanguis in inſtrumento lædente reſiduus, unde non niſi correctæ & oppidò ſalubres ad partem læſam ejuſdem commearent atomi. Aſt verò eadem nunc mihi favet (ut alia taceam, quæ excipi hic poſſent) inſtantia. Quippe ſi id ſibi commodi ab unguine promittit ſanguis in telo relictus, quid, quæſo, incommodi, ad illorum quidem hypotheſin in De TRANSPLANTATIONE ægro illa minabitur putrefactio. Si a meatuum denique ſive convenientiâ ſive harmoniâ arceſſenda ſit horum aut illorum effluviorum prærogativa, (quod ad rem nimirum affectum a ſpiritu, quem vocant, mundi deferantur) quid cauſæ eſt cur, ſi in Italiâ, in Galliâ aut alibi graſſetur peſtis, non tota inficiatur Germania: Experiri enim ſæpius datur, peſte vel Romæ vel Neapoli invaleſcente, tot tractus, tot lo-

loca Italiæ ipſius prorſus eſſe ab hac lue jam tum immunia. An non in illis quoq; locis jam tum reperientur, quibus atomi illæ peſtiferæ aeris indoli deteriori natales ortumque ſuum referentes, ſi pororum intuearis ſimilitudinem, conformes ſint futuræ. Verum cum hæc controverſia in Sphærâ activitatis, quam illi exiſtimant aut indefinitam aut juſtò latius certè extenſam, ipſe verò & anguſtiorem, & ſuis omnino circumſcriptam limitibus, vertatur præcipua; ſunt, qui ſpecioſum ſive ſpirituum ſive atomorum ex corporibus noſtris exeuntium, aſtralium ac indefinitè agentium, & radiantium titulum ſuo prætexunt errori, horum ſphæram æq; indeterminatam rati atq; ſolis ipſius in momento radiantis ac agentis in terram. Quæ ſpecioſè quidem ſatis; Sed dicuntur quam probantur facilius. Falſiſſimum enim eſt, ad modum ſolis agere ſive ſpiritus ſive effluvia exſpirantia ex corporibus noſtris, brutorum plantarum &c. ſubtiliſſima. An aliqua ipſis ſit cum ſole aut cum aſtris affinitas, loci hujus non eſt

in-

inquirere, aut deducere longius. Vim tamen agendi illorum non extra carceres suos evagari, & in propatulo est, & per inductionem patet, uti loquuntur Logici. Ponamus res vi agendi penetrantissimâ instructas suo tamen effectu cernemus defraudari, si extra cancellos hoc est sphæram activitatis suæ ponantur. Arbores feruntur nonnullæ in quibus taxus in Arcadiâ) adeò esse venenatæ, ut mirum quantum lædant vel solâ umbrâ, non umbrâ quidem fatali, sed atomis suis venenatis; quô eodem ipso arguitur legitimum inter agens & patiens spacium, si quis longius quantò ab hujusmodi arboribus sive penè venenatis sive hic aut illi heterogeneis distat, extra noxam omnem futurus est. Taurum ficui alligatum mitescere, communis fert opinio. Basiliscum item vel solis oculis posse interimere non quidem oculis, arbitror, qualibus, si vera historia est, sed atomis oppidò venenatis cum ex aliis corporis partibus undiquaque, tum ex oculis exhalantibus in primis (quâ de re

seges

leges erit differendi latior in singulari, quem de fascino meditor, tractatu) Rosarum vel solum odorem ita afficere nonnullos posse, ut ab animi deliquio absint propius, experientiâ manifestissimum est. (an earundem quoq; efflatu arcessere queat cocta ex hordeo cervisia nondum didici, si vacat, hoc acturus in posterum) in quibus exemplis laudatis quamvis sive spiritus sive atomi dentur subtilissimæ; frustra tamen, quos innui, effectus, citra definitam activitatis sphæram exspectari, nemo inficiabitur facilè, nisi ipsi velit experientiæ reclamare Hactenus, quæ dictat ratio, nunc aggrediendæ experientiæ sunt, quarum nomine τὰ φαινόμενα a consensu pariter ac dissensu rerum naturalium (quibus ceu fundamentis potioribus hæc de TRANSPLANTATIONE morborum innititur hypothesis) deprompta, quàm ipsas curationes transplantatorias cupio intellectas, sed sigillatim & distinctius de singulis, & in distinctis capitibus.

Cap,

CAP. III. SECT. I.

Φαινόμενα quæ curationis transplantatoriæ Propugnatoribus adferuntur, a consensu rerum naturalium ac dissensu desumpta examinat.

Potissima, quibus hoc solet de TRANSPLANTATIONE paradoxon suffulciri, arma sunt experimenta, quæ & periculosa interdum sunt in arte Medicâ, facillime possunt utentem frustrari. *Difficilius* quippe *experimentum est* (perbellè ait Illustris Boyle de infido experimentorum successu) *in Medicinâ ritè perficere, quàm plerique opinentur, nam morbus qui in variis corporibus a causis admodum diversis generatur in uno ab illo remedio ingravescit, cui in alio cesserit. Nec solum ab ægrorum temperie perinde ac morborum causis contingit auxiliorum effectus plurimum immutari. Verum non minus ab unâ oris circumstantiâ dependet medicaminis uno eodemque infirmo & morbi genere successus.* Quamobrem cum tanti res sit necii vel unius medicaminis experimentum rectius explorare: Curationis assertores transplantatoriæ, in quâ labi facilè

facile eſt ac vel millies decipi; dogmati ſuo haut ineptè videntur robur fœnerari a phænomenis a conſenſu variarum rerum ac diſſenſu deprom ptis. Quæ quidem ipſa an ad rhombum nec ne, nunc expendenda ſunt. Solent ad hypotheſin, de TRANSPLANTATIONE MORBORUM ſtabiliendam hiſtoriæ laudari de fratribus duobus longo locorum intervallo diſſitis, & ſimul ac ſemel variolis affectis, ſed nihil officiunt ſententiæ noſtræ ritè explanatæ. Dicimus enim , non opus fuiſſe aliquo contagio, quo fratrum alter alterum infecerit, aut ullo atomorum per tot milliaria commeatu. Cum explicatu res ſit facilior alio modo. Fac enim aut caſu id factum fuiſſe , aut per ſe hoc eſt ſimilis intuitu temperamenti , neutrum videtur ἀδύνατον Caſu quidem, quod æquè in hoc loco atque in illo utriqve fortean eôdem tempore cauſa ſuppeditata ſit προκαταρκτική ſive ab aeris Conſtitutione epidemiâ ſive ab aliâ ex ſex rerum non naturalium cenſu arceſſenda, unde fermenta illa laticantia fuerint

nt excitata. Neque ſanè hoc no-
um eſt, & crebrius fortean daretur ex-
riri obſervantibus curiosè, unum i-
mq; eodem tempore agere aut inve-
re diverſiſſimos: Quidni pati etiam
um idemq; eodem tempore disjun-
ſſimi poſſint ſive fratres ſive alii? Per
erò hoc eſt temperamenti intuitu ſi-
lioris & fermenti, quomodo fratres
o locorum intercapedine diſtantes
ul & ſemel affici variolis potuerint,
c difficile explicatu eſt ex ipsâ vario-
m indole. Quippe cum ſanguis ille,
certis temporum periodis & turge-
tiam ſui excitat & excretionem mo-
r in fœminis, menſtruus inde dictus
et tempore geſtationis ceſſare, & ex
tione illâ vitii nonnihil induere:
nentum jam tum illud inprimitur
i, quod incipit ſtatis temporibus
lire. At in aliis citius, in aliis tar-
: in aliis & in plerisque quidem ſe-
n omni vitâ. In aliis bis vel ter
d rarius eſt) aut pro naturæ con-
ne diversâ, aut majore copiâ vel
re ſive miasmatis ſive materiæ vi-
tioſæ,

tiosæ. Contingit autem fermenti ejusdẽ ebullitio, vel causâ suppetente προκαταρκτικῇ aut ab aeris constitutione epidemiâ deducenda aut a tempore in primis vernali, quô, uti succis terrestribus, sic sanguini accidit fermentatio; vel sponte vi ipsius naturæ fermenti illius heterogenei excretionem molientis. Quibus prælibatis, quid mirum est, si & craseos intuitu similioris & fermenti expulsionem heterogenei tentet haut raro natura cõdem tempore in duobus fratribus in locis etiam diversissimis agentibus. Quæ res & in gemellis succedit interdum. Cujusmodi hic Hatterslebiæ exemplum paucos ante annos datum fuit observare in gemellis & variolis simul affectis, & extinctis. Neque verò insolitum hoc aut novum naturæ est. Videas enim vi temperamenti & fermenti a parentibus impressi filios interdum non iisdem tantum morbis, quibus parentes; Sed quod majorem meretur admirationem eâdem etiam ætate, quâ parentes cæperunt, laborare. Cum ante decennium circiter Kilonii agerem apud

id D.D. Clausonium Practicum Me-
:inæ Celeberrimum, vir quidam illu-
is arthritide scorbuticâ vagâ, nisi ad-
odum fallor, cæpit laborare. Prius
tem, quàm apertius hic se proderet
stis, & ægrum & Medicum exercuit
ltum, tam variis apparentibus sym-
omatibus; ut virum, quem dixi, aliàs
ακριβέστατον fugeret primâ quidem
nte morbi cognitio penitior. Me-
ni jam tum dixisse ægri parentem il-
rem, eâdem se ætate, morbò eôdem,
lem quoque symptomatibus comi-
laborasse, unde jam tum liberatus
nine nunc Propitio ferme octoge-
im attingit ætatis annum. Fieri
undem quoque modum potest, ut,
rentes vel φθίσει moriantur, vel a-
affectibus (de quibus etiam infra)
quoque ac nepotes eôdem morbo
afficiantur tantum ac moriantur,
eâdem etiam quâ & affecti & mor-
int parentes, ætate. Verum dicta
s hactenus non perpetuæ sunt ve-
is. Cum in fratribus & consan-
eis ingens detur haut rarò cum
C tem-

temperamenti tum fermenti illius diversitas; cujus ratio diversitatis quamvis paulò altior, nec posita videatur in aperto, a tempore tamen, quô progeniti fratres fuerint, diversô (ita ut alter a parentibus adhuc junioribus & in ipso ætatis flore constitutis, alter ab iisdem non æquè vegerioribus sit procreatus) desumpta probabilis vicem sustinebit fortean. Pro re enim natâ fieri potest, ut fermenta in utroque quidem latitantia, sed activitate (ut ita loquar) diversâ prædita citius in altero excitentur, tardius in altero: Nec firma adeò sit colligendi ratio, fratrem posse fratrem facilius inficere: Cum in promptu exempla sint contraria, nec possint non curiosè observantibus & artem Medicam facientibus occurrere quâm plurima; ubi alter fratrum, quamvis eôdem & lecto & cubiculo usus fuerit cum fratre aut sorore variolis laborantibus, ab omni tamen contagio fuerit immunis: Alii contrà nullo sanguinis nexu conjuncti, quod semel tantum atque iterum interfuerint ægro, miasma-

ta

ta statim illa conceperint facillimè. Ast redeo in viam, a quâ jam longius aliquantò videor aberrare, ad adversantium nimirum sive φαινόμενα sive experimenta. Sunt, qui ingens argumenti sui robur etiam in eô putant situm, quod sani hominis intestina, si, in quem locum excrementa dejecit dysentericus, in eum sua quoque deponat, eôdem morbo nescio quâ Sympathiâ corripiantur. Sed nec hoc quicquam facit ad sententiam meam infringendam, & sensu intellectum & expositum saniore. Cum ab excrementis dysenterici non aliâ ratione inficiatur sanus quàm quod atomis excrementa scateant magnis, in ipso quoque loco ab ægro corpore relictis & contagiosis admodum fermentativis (ut ita loquar) quibus is inest morbum in aliis similem pariendi, cui quidem in dispositis vel paucissimæ sufficiunt. Neque opus est, foco relicto priore; cum totâ suâ nerá in alium transeat hic morbus; atomi ab alio jam receptæ sequio- reliquam morbi materiam attrahant

copiosius. Quid? Quod non semper hoc modo succedat contagium, sed tum, uti auguror, demum, cum adhuc recentia, & atomis adhuc venenatis probè prægnantia fuerint excrementa. Quod didici admodum puer Hornhusiæ, ubi ad fontes soterios ingens confluxerat multitudo. Sordida ibi quò quis se verteret cunque, cernebantur loca excrementis alvi ipso adhuc pure ac sanguine scatentibus referta, in quæ & ipse & coætanei multi ab ætatis & judicii imbecillitatem excrementa (sit venia dicenti) deposuimus sæpius citra ullam (Deo sint làudes) sanitatis jacturam, sed de excrementis & infra erit locus dicendi. Progredior ad alia, quæ & ipsa videntur fines naturæ latius protendere. Quæ de fermentatione, quæ vino dicitur contingere vite florente, Illustrissimus Comes Digbæus, & speciosa, fateor, sunt, & torsissent fortean ingenium, nisi viam elabendi dudum aperuisset vir naturæ Consultissimus Martinus Schoockius in lib. de fermentat. Cap. xxxii. causam e-

jus-

jusdem fermentationis derivat Illu-
ſtriſſimus Digbœus ab atomis ſeu ſpiri-
tibus vinoſis, ex floribus vitis jam tum
exhalantibus : Unde putat vini ipſius
in doliis contenti ſpiritus fixiores a-
deò exaltari, ut totam commoveant
maſſam, craſſasque partes cum ſubtili-
oribus confundant. Cui niſi in tem-
pore medearis, nimiâ ebullitione i-
pſos imminui ſpiritus, in quibus vis vi-
ni præcipua conſiſtit, unde rancida
redduntur vina, & mucilaginoſa, Ve-
rum huic obviam ire ſententiæ conatus
eſt CL. Schoockius l. c. ortum hujus
mutationis, quæ vino accidit, a tepore
ejusdem, quâ florere vites ſolent, tem-
peſtate derivans, nec omni vino con-
tingere aſſerens, ſed illi tantum, quod
ſuper copioſum ſedimentum conſiſtit.
Negat verò atomos ſive ſpiritus ex vitis
floribus exhalantes ſuum hic conferre
ſymbolum, cum futurum aliàs eſſet, ut
ſi flores doliis injecti fermentatio-
nem excitarent itidem, quod tamen ab
ſeâ aſſerit experientiâ refutari. Præ-
terea etiam ſic arguit. Si atomis ex

vitis floribus exhalantibus; vis illa debetur fermentationis, quid futurum est de vinis Gallicis & Hispanicis Lubecæ, Hamburgi aut alibi in cellis vinariis asservatis; An etiam atomi ex Galliâ & Hispaniâ per tot locorum anfractus ultro citroque permeantes cellas vinarias & dolia, in quibus vina illa continentur, subirent, & causam turgescentiæ, aut de quâ dictum est, fermentationis præberent. Sed cum posterius a vero videatur abludere, nec prius jure mereatur civitatis Physicæ donari. Ad ea verò, quæ aliis solent de cervisiis disputari, quas & ipsas asserunt fermentescere hordeo florente, æquè facilis suppetit responsio ex modo l. l. de fermentat: Martini Schoockii, Cap. xxxiii. Cujus nunc verbis placet totam illam litem consopire. Sic enim ille, *falsum omnino*, inquit, *est florente hordeo cervisiam in vasis reconditam ebullire, & ad fermentationem sese componere. Si contingat, per accidens fieri putandum est, ut superiore capite circa vinum observabam. Florentis hordei-spicæ copiosæ*

quo-

aque cervisiæ dolio impositæ fermentatiionem nequaquam provocant. Imò in viis quoque hordeo florenti domibus condi. cervisia ordinariò manet, & in statu suo ra fermentationis. Atque cervisia bi defæcata haut facilè turbulenta redtur, nisi vas, in quo recondita est, agite. Neque enim par ratio est cervisiæ, e vini, quod, quoniam subtilioribus gaudet ribus, & consequenter magis mobilibus, primam defecationem sæpius de novo nentatur. Hæc ille. Ex quibus pasi quæ datur tempore florentis hor-, fermentationem non hordeo floti, sed vel vasis agitationi deberi, vel tæ aëris temperiei.

CAP. IV. SECT. I.

pla aliquot curationis transplantatoriæ revocat sub incudem.

Xempla quod attinet transplantationis nec ipsa unius sunt generis: Cum alia incerta sint pror- Alia vera quidem, sed scopo meo quam adversa, si dextrè tantum nantur. Incerta sunt, quæ ple-

risque laudantur, exempla: Quamvis in uno item & altero videantur succedere fortean; Ignarus tamen est, qui periculum facit, utrum vel imaginarioni ægrotantium, spem in hujusmodi curationis genere haut raro firmissimã, uti genius hominum est ad sequiora pronior, figentium; An naturæ bonitati totum debeatur negotium. Ex uno item atque altero experimento non certi quicquam statim colligendum esse scitè inculcat, Amplissimus Dn. Secretarius Oldenburgius in literis ad D. D. Sachsium. *Ut magis magisque pateat*, (inquit) *nequaquam esse ex uno alterove experimento quicquam in hanc vel illam partem concludendum, sinas me ad observationem vestram* 118. (*quæ discutiendum sibi sumit, num lien veneris sit sedes ac spermatis coctio fiat in testibus a spiene*) *hoc loco annotare, id quod CL. Deckeri experimento adversatur. Nobilissimum scilicet & judicii subactissimi virum e societate Regiâ ante aliquot annos hic Londini curasse, ut cani fæmellæ lien exscinderetur, quæ sanata cum esset, ut paulò pòst catulli-*

ret

set, admissô cane, non semel sed bis vel ter concepit & aliquot catulos enixa fuit. Hactenus Oldenburgius. Sed ipsa nunc aggredior exempla, quæ incertitudinem videntur arguere. Cum agerem Lugduni Batavorum, memini mirificè & multis nominibus a Medico admodum insigni, & cui aliàs haut temere fidem solitus sum derogare, commendatam mihi esse in hæmorrhagiâ narium curationem transplantatoriam ad sequentem modum cum vitriolo institutam, ut linteolum sanguine naribus profluente imbutum aquæ, in quâ solutum prius vitriolum esset, immergerem: Tum fore statim non augurabatur solum, sed spondebat certo, ut fluxus ille inhiberetur. Ab aliis itidem cum nôssem ad eundem modum usum vitrioli in fluxu sanguinis sistendo tantopere celebrari, ipse cum nunquam mihi placuerit τὸ ἀυτὸς ἔφη, his in locis in sene quodam Perillustri scorbutico, qui hæmorrhagiâ narium sæpius atque iterum recurrente laborabat, cæteris tam internis quàm ex-

ternis cedentibus in cassum, periculum feci modò dictæ TRANSPLANTATIONIS cum vitriolo, præsente & annuente aliô quôdam Medico Insigni, sed frustra voto minus respondente eventu. Verum re illâ expensâ accuratius mecum, cum non legitimam judicarem hanc in scorbuticis periclitationem, fluxumque illum, quod sero deberetur acriori non cessare nisi causâ demum sublatâ, quam non tam subitò pro materiæ copiâ ac ubertate in facili esset removere, factum mihi pòst sæpius periculum in plethoricis est, præmissis etiam præmittendis, sed eôdem quô antea eventu. Remedii hujus præcones frustratæ fortean sunt hæmorrhagiæ criticæ, in quibus facilè est aberrare, cum sponte consueverit ille fluxus, periodo absolutâ cohiberi. Huc etiam facit, quam in Ephimerid: Germanorum Incomparabilis Bartholinus laudat. historia Petri Bülichii diabete laborantis, qui variis frustra in usum tractis medicamentis tam internis quàm externis accessit tandem ad cura-

monem transplantatoriam, & ex
ceptiâ urinâ sal concinnatum cani
rebuit lacti immixtum, sed sine suc-
essu, pilis quidem cani decidentibus,
gro verò nullum sentiente levamen,
d ardorem quendam inter destillan-
im: Arfalli hic potuit optimus Bül-
hius, cum ex aliis fortean causis hic
ciderit ardor: Experimenta in hu-
smodi cacochymicis aut strangur â
ove symptomate laborantibus facta
certa sunt omninò: Sanctè hic pos-
n affirmare, periculum fecisse me sæ-
s, nec cineri tantum ardenti, sed &
lcani ipsius legibus subjecisse tam
nam meam quàm alvi fæces, ut su-
structam his veluti fundamentis hy-
besin intimius explorarem. Sed
co prorsus conatu. Quid? Quod
el atque iterum, ut ne quid decipe
, in famulo meo exactæ admodum
tatis puero factum mihi periculum
on semel, sed eôdem, quô antea,
essu: De verrucis per transplanta-
em tollendis multi quidem multa;
dubito, an non & illa sint incerta,
aut

aut certè utentem frustrentur, non observatis observandis, quibus potius quàm TRANSPLANTATIONI ejusdem curationis origo videbatur deberi; Aut si facerem non concederem tamen, per se non verò ex accidenti ad votum utriusque medentis juxtà ac ægrotantis in hoc aut illo curationem cessisse verrucarum, ita instituta est dubio procul, ut carceres naturæ non transilierit prorsus; Hôc est justa & legitima fuerit inter agens & patiens intercapedo. Possem varia cum ex authoribus ipsis, tum ex aliorum relatione laudare exempla, quæ aut æquè sunt incerta, aut verò minus similia, quibus super recensendis sedeo, cum tot historiæ sint, tot libri pleni hujusmodi observationibus, quas ad suum quisque conceptum fingit torquetque variè; propero ad illa potius, quæ & certiora sunt, & sententiæ nostræ minus infensa sensu intellecta & exposita saniore. Puella quædam (teste Incomparibili Thomâ Bartholino in Epist. de Transplant: Morbor:) ad heri sui exemplum

(quem

quem observârat in coli dolore sævis-
mo ventri apposuisse canem domesti-
m tantô cum fructu, ut & ipse libera-
tur, & canis, quem in se derivârat, do-
rem ipso proderet ejulatu) & ipsa
lore dentium exquisitissimo afflicta
tulum genis imposuit dolentibus, ef-
ctu itidem felici insequente, dolore-
e, qui remiserat, in canem (sensu
idem saniore) translato. Schleswi-
haut ita pridem agenti Dn. D. Lan-
ortus Medicus Schleswicensis &
chiater Celeberrimus pro insigni
nanitate curiosam notatuque di-
m mihi referebat historiam fæmi-
cujusdam epilepsiâ laborantis, quæ
sueverat sana adhuc noctu catulum
ndam secum in lecto habere, qui
m pro more jam tum insultu labo-
tis epileptico lectum repetiit sæpi-
tq; iterum. Fæmina, materiâ pau-
n a cane attractâ sibi reddita ipsi
a malo Epileptico prorsus immu-
Solent etiam in dolore podagri-
mitigando canis applicationem mi-
è commendare artifices morbo-
rum

rum Peritiores. Sed hæc & alia id genus exempla scopo meo neutiquam officiunt. Quippe constat in partibus animalium, dum Calor adhuc in iis residet, recens applicatis vim miram inesse, & oppidò validam morbi materiam attrahendi: Hinc gallinæ appositionem recens dissectæ memini adhibuisse me non semel singulari cum fructu in dolore lateris exquisitiore. Columba item dissecta, & plantis pedum imposita cum ad somnum conciliandum, tum ad capitis dolorem imminuendum voto meo sæpius, & desiderio satis utentis fecit. Neque non pellis agnina & detracta recens & ventri imposita laborantium ad miraculum consuevit vel dolorem in parturientibus, vel aliàs natum in fæmellis consopire. Duas fæminas memini his in locis (ut alia taceam exempla) alteram quidem tam immanibus à partu doloribus continuis laborantem, ut à fati limine paucis sanè passibus abesset; alteram verò hystericam vel solô remediô modo recensitô intra paucarum horarum

spa-

ſpatium Numine Propitio me reſtituiſſe ingenti cum ſtupore adſtantium; in cujus rei teſtimonium multos laudavero loci hujus viros fide digniſſimos. Si tanta igitur vis lateat in partibus animalium; Quidni in ipſis animalibus vivis? Attrahendo enim materiam, vel paroxyſmum, ſi non planè tollunt, mitigant certè: interdum pro diverſâ materiæ conditione & ad motum pronioris ipſum fomitem reſtinguunt forſan, quod tantum hic datur conjecturari; cum nihil hoc in paſſu didicerim expertus. His nunc ponderatis gladium videor adverſantibus, quô jugulum meum petant, tradidiſſe. Æquè enim videtur pro ipſis militare incertitudo experimentorum. Si incerta ſunt, quæ afferuntur aut afferri poſſunt, exempla, non accuſanda ſtatim veniunt nomine falſitatis: Cum una item & altera circumſtantia non ritè obſervata eſſe in cauſa queat, ut, quod alteri ceſſit probè, alteri ſuccedat minùs: Ceu ſcitè, ut omnia docet illuſtris Boyle de infido experimentorum ſucceſſu:
Ve-

Verum & hic in promptu responsio est, in tali dissensu, si incerta, si dubia sunt experimenta, in partem probationis adsciscendam esse rationem, cumque illâ parte faciendum, cui ratio faverit magis: Quin concursum etiam instituendum esse φαινομένων. Pro re natâ si reperamus ea, quæ vel dicta vel ostensa cùm aliàs tum in superioribus sunt, & ostendentur infra, quorum à partibus sit standum, in aprico est.

SECTIO SECUNDA.

Modus enodat, per quos dici possit fieri TRANSPLANTATIO morborum, & quousq; hîc pateant fines.

Cap. I. Sectio II.

An & quô sensu TRANSPLANTATIO morborũ fieri dicatur mediante semine, proponit.

QUamvis ad mentem recentiorum non mole agat semen, sed spiritu, quô uterum fæcundat, genitali: Morbos tamen ejusdem beneficio spiritus à parentibus posse ad liberos, ad nepotes & ultra transire, ipso est meridie clarius. Seminaria enim quædam

quo-

quorum vector est, quem dixi, spiritus, ad liberos transferuntur seminis virtute paterni: An materni itidem, dubium nascitur Harveii sententiam tuentibus aliorumque recentiorum, semen nec fœcundum fœminis esse, nec conferre ad generationem asserentium (quamvis ab his dissideat Celeberrimus quondam Medicus Franciscus de le Boe Sylvius) quicquid verò sit; Morbos tamen æquè a matribus posse in liberos derivari, usus docet quotidianus. Quod jam tum videtur partim ab imaginatione, partim a sanguine, qui in utero in alimentum cedit fœtui, deducendum. Virtute igitur seminis paterni, ut ad id revertar, morbi in liberos possunt, in nepotes & ultra propagari; in partem probationis veniente experientiâ. Sic phthisici interdum generant phthisicos, scorbutici scorbuticos, calculosi calculosos &c. Et quamvis contingat haut rarò imò sæpius, ut a parentum morbis immunes sint liberi, ire tamen inficias haut licet, seminaria in iisdem latitare, quæ

quò minus excitentur, naturæ videntur bonitati deberi. Fieri enim pro diversâ liberorum naturâ potest, ut si quinque vel sex dentur aut plures, unus interdum illorum aut duo, imbelliciores puta, oppidò sanis ac intactis reliquis, in hæreditatem veniant morbi sive paterni sive materni, ut sic unâ eâdemque fideliâ duos dealbem parietes. Possunt tamen hi utut a morbo parentum immunes contagium illud hæreditarium ad suos quoque liberos transfundere, ut aut avi aut proavi morbo, cujus expers parens fuit, corripiantur. Eòque citius, quò natura est eorundem imbecillior. Unde in aliis tenellis adhuc pullulare incipiunt hujusmodi seminaria, in aliis demum adultioribus. In aliis in eâdem, quâ in parentibus cœperunt, ætate, ut & eâdem, quâ parentes, & laborent & moriantur, ætate. Quod scitè inter alios docet Fracastorius lib. 2. de morb. contag. cap. 9. *Similes, (ait) contagiosis & illæ sunt, quæ hæreditariæ a parentibus contrahuntur. mirum enim est, quasdam familias usque in*

in quintam & sextam generationem omnes eâdem tabis conditione perire, & quosdam eâdem ætate. Familiis quibusdam familiare ac hæreditarium est malum epilepticum, sed diversâ in diversis ratione. In aliis ab ipso ætatis exordio non pullulare tantum cæpit, sed excitari vehementius, tantosque effundere impetus, ut, quos dies prior viderat in hanc lucem prodeuntes, posterior viderit jacentes. In aliis quidem in primâ statim ætate quidam apparuerunt igniculi, qui vel naturæ bonitate vel ope Medicâ sopiti dudum, ingravescente demum ætate receptis undique viribus ægrum prorsus extinxerunt. Quid? Quod pro diversâ genitorum indole in liberis interdum aut in nepotibus, quod interpolatum in avo fuit ac in parente, fiat continuum. Exempla non arcessenda sunt longius. Hæreditarium Familiis quibusdam est delirium melancholicum, quod in diversis diversum. Nota mihi Familia quædam est, in qua per intervalla tantum deliravit parens: Filii verò ab hoc

malo prorſus immunes, tantis tamque egregiis fuerunt animi dotibus, tanto rerũ uſu ac peritia Illuſtres, ut munera geſſerint cum applauſu omnium Inſigniora. At continuum in nepotibus fuit longèque vehementius, quod in avo conſuevit ſtatis ſaltem temporum periodis redire, delirium. Ipſi tamen annis tenerioribus, quod & ipſum meretur obſervari, & dociles adeò erant & ſatis pro illà quidem ætate idonei, ut ſpem eximiam promitterent frugis olim proventuræ. In quibus annum vix vigeſimum agentibus ita pedetentim perturbata mentis eſt ſanitas, ut de ſtatu ipſo tandem dejecti continuo cœperint delirare. Cave veró exiſtimes poſſe ſive fermenta ſive ſeminaria hujusmodi ad tot vel liberos vel nepotes derivata ex avi corpore aut parentis ſuperſtitum neſcio quâ ſimilitudine allicere reliquam morbi materiam, ipſumque adeò fomitem in illis reſtinguere. Cum tot exempla tragica doceant contrarium. Terret quippe etiamnum domeſticum beati

pa-

parentis mei exemplum, quem calculi doloribus, quibus ab anno ætatis sexto & vigesimo ad ultimum vitæ suæ actum, id est ad annum, quem vivendo expleverat, quinquagesimum laboravit exquisitissimis eximere neutiquam potuerunt seminaria in quinque liberis relicta, quæ cœperunt quoque in singulis tenellis adhuc pullulare, pòst Numine Propitio in herbâ, quod ajunt oppressa. Quin etiam tot cernas arthriticos rarò imò rarissimè sibi reddi ipsis: Cum tamen in tot liberis sæpius in tot nepotibus interdum contagia deposuerint hæreditaria. Cum autem hic agatur de hæreditario, quod suos semini debet natales, contagio, operæ videmur pretium facturi, si paucis lustremus, utrum φίλτρα sic dicta ex semine concinnata (ferunt enim semen nostrum vel cibo vel aliis rebus immixtum & fœminis propinatum amorem nobis posse earundem conciliare) voto faciant satis ac desiderio periculum facientium, & numne attractio hic subsit συμπαθική; Neutrum verò videtur

ſimilius, cum tam rationibus eludatur quàm experientiâ : Hinc quidem, quod tot exitus doceant tragici, amoris loco ſurorem ſuccedere, ac mentis quandam alienationem. Illinc abundè ſuppetunt rationes ſententiæ illius vanitatem arguentes. Sive enim per atomos aſſeras ſeminis propinati, ſive per magnetiſmum quendam, ſive per fermenti, quod ſemini ineſt, tincturam, eundem exeri effectum, ſatis fieri nequaquam videtur, quam tantopere urgent, opinioni. Quis enim dici aut fingi hic poterit magnetiſmus, qui inter attrahens reperitur & inter attractum, arguitque quendam inter utrumque conſenſum. Quæ ſi accommodare ad φίλτρα modò dicta velis; Quid hic attrahentis loco fungitur, quid verò attracti? Fac attrahentis vicem ſuſtinere ſemen propinatum, attracti verò ſive ſpiritus ſive appetitum inde excitatum recipientium. Quibus poſitis in proclivi eſt colligere, nihil aliud niſi amorem, libidinem & tantum non furorem cieri, ſpiritusque recipientium mirum in-

in modum per fermentationem præternaturalem irritari. Quid autem hoc ad amorem perſonæ alicujus certæ, & ejus quidem, unde decerptum eſt ſemen? De nihilo hæc eſt collectio, cum προαίρεσιν arguat certæ amor perſonæ; Προαίρεσις voluntatem, in quam agere materialia poſſe, ἄτοπον in Scholis eſt Philoſophorum. Sed extendenda forſean attractio ad eum eſt, cui ſeminis illius origo debetur. At verò quomodo hoc ſalvis Philoſophantium rationibus queat defendi, non video? Quænam hic quæſo attractio? Et quônam pactô? Sive atomos dixeris ſeminis illius, cui ortum ſuum debet alteri propinatum illud, harmonicâ quâdam ſimilitudine ſocias veluti ſuas allicere, aut has etiam illas, in eandem incides labyrinthum. Cum neutrum vero ſit conſonum. Si enim prius admittas, ſequetur, æquè illum, unde ſumptum ſemen eſt, furore ſive amore corripi inſano, atque illa, cui eſt propinatum. Quippe ſemen illud acceptum ob heterogeneam cum recipiente na-

turam fermentationem concitabit in ejusdem corpore præternaturalem, & amoris loco furorem, & amorem tantum insanum. Quod si atomi ex hujusmodi semine ebulliente, & longè alium jam tum inducente genium obortæ ab eo, cui hausti seminis deferenda origo est, attraherentur; futurum quoque esset, ut æquè sive furorem sive amorem parturirent insanum. Posterius dissuadet ipsa seminis accepti conditio, cui non tanta videtur amplius intercedere harmonia cum illo, unde deductum est, semine: Cum ad illud collatum sive extra vasa sua contentum consideretur, sive ab altero receptum, hinc heterogeneam videatur indolem induisse, illinc cadaveris instar esse spiritu ac calore, in quibus & vis & gratia seminis præcipua consistit, destituti. Verum fac seminis utriusque tam in vasis adhuc contenti, quam alteri propinati mirificum dari consensum, & atomos quoque utriusque nexu devinctas arctiori mutui accessus reditusque sui appetere societatem, nequaquam

quam tamen inde colligitur vel animæ aut voluntatis in animâ reſidentis coactio. An fermenti quod ſemini ineſt, tinctura ſpeciosè admodum ac eruditè expoſita CL. Rattrajo ad hujusmodi philtrorum veritatem conferat tuendam, nunc paucis meretur expendi: Ad pleniorem ſpecioſæ opinionis intellectum haut abs re erit ipſa authoris verba laudare lib. de ſymp. & antip. p. 169. *in ſpermate* (ait) *reſtat tinctura ſaltem fermenti ejus, ex quo deciduum eſt, quô fermentantur humores, partes, ſpiritus &c. recipientium, & cum quiſque ſeipſum amat, & pars ſuo toti conjungi gaudet, pars iſta fermenti in philtro recepti gaudet conjungi cum homine, ex quo venit, & animam recipientis quaſi ſecum rapit, ideòq; amborum animæ eodem modô operantur in duobus corporibus.* Prius quidem dare ultro licet CL. Rattrajo, humores pariter ac ſpiritus recipientium ab hauſto ſemine fermentari. Poſterius non item. Quô enim cunque ſenſu acceperis τὸ illud fermentari, animæ neutiquam arguet ſive raptum ſive ſequelam

lam; Sive pro ebullitione, ſive pro tincturâ quâdam, aut quæ hmoribus inprimitur, proprietate, res recidit eodem: Cum nec illa proprietas extendenda ſit ultra craſin; Et quamvis mores dicantur temperiem ſequi, ipſo teſte Galeno, id tamen nondum ad rhombum noſtrum, cum multis differant paſſibus & habitus & pronior naturæ inclinatio. Virtutes ac vitia (ad alterutrum enim oportet certæ amorem perſonæ ſive licitum ſive illicitum referas) ſuam quidem ſedem figunt in appetitu ceu in ſubjecto (ſit venia his terminis utenti familiaribus in Peripato) paſſivo, non uti in formâ ſeu virtute dirigente, quô ſenſu eſſe in voluntate dicuntur. Ex προαιρέσει igitur & non niſi ex frequenti converſatione hujusmodi comparatur amor. Quid autem φίλτρα ſic dicta? Quæ tam in voluntatem quam cognitionem creduntur agere? Perſonam enim feruntur nec viſam nec cognitam, & tot quoque milliaribus haut rarò remotam illi, qui philtrum ſumpſerunt, adamare. At

quæ

quæ ratiô ? Nulla cum detur inter agens materiale quale ſemen eſt, & patiens, quale anima, quam rapere ſecum dicitur vis fermenti in ſemine reſidentis, proportio. Poteſt ab hauſto ſemine amor excitari fortean, ſed non certæ amor perſonæ, niſi prorſus indirectè (quod memini Jenæ me quondam defendiſſe pro cathedrâ) cum enim a philtro ſic dicto inſigniter & ſingulari ratione lædatur phantaſia, ut dormientibus obſerventur aliæ atque aliæ imagines, quæ multum etiam interdiu exercent ac miſerè, auguror fore, ut jam tum dementatus, ille amoris vi furioſi ad perſonam aliquam, cui aut innotuerit jam antè familiarius, aut cum quâ verſatus frequens fuerit, amoris ſui ſpicula dirigat, & ad eam fortean, quæ ſive philtrum ſive virus illud propinavit. Multos vidi philtri accepti nomine ſuſpectos, qui non certæ alicujus perſonæ, ſed modò hujus modò illius in conſpectum jam tum oblatæ amore admodum inconſtanti ac inſano potius quàm verô flagrârint.

CAP.

Cap. II. Sectio II.

Agit de TRANSPLANTATIONE, quæ mediante ſanguine creditur fieri.

SAnguinis quæ fit, beneficio, TRANSPLANTATIONEM arguere videtur temporibus noſtris celebrata, & tot recentiorum experimentis ſat Nobilis illa CHIRURGIA TRANSFUSORIA. Cujus virtute ſanitas creditur & vigor adeò priſtinus in conclamatis etiam reparari, ſi ingenti ſanguinis copiâ ſequioris ex venâ ægrotantis evacuatâ, alius notæ melioris vel ex homine ſano vel vitulo aut agno &c. per ſyringam in eandem immittatur venam. Quæ quidem opinio ſub primum ſui ortum & dubiis jam tum & difficultatibus viſa eſt & videtur ſcatere: Inprimis quod conclamatis demum ſuaderi ſoleat hæc nova medendi ratio, hocque adeò intuitu infuſus ille recens ſanguis a reliquo ſequiore corrumpi potius videatur quàm corrigi. Quod & quantitate & qualitate meliorem ſuperet ſequior, actumque

que adeò imbecilliorem elidat eludatque potentior ad modum aceti, cerviſiam ſæpius ſibi affuſam ſui veluti fermenti tincturâ imbuentis id eſt in naturam ſui convertentis: Neque verò non expers periculi videatur hæc nova curatio ob ἰδιοσυγκρασίαν, cujus intuitu hujus aut illius ſanguis ſive hominis ſive bruti ad alterius collatus ſanguinem planè heterogenei vicem poſſet & tantum non veneni gerere. Verum cum tot experimentis celebris dicatur hæc curandi ratio chirurgica, litem illam non faciam meam obiter tantum libaturus pro re natâ; An nova illa CHIRURGIA transplantationem arguat magneticam ac vulgo receptam, & utrum audiendi ſint, qui cenſent majore cum commodo poſſe eandem celebrari, ſi ſanguis ille ſequior e venâ ægrotantis exemptus in venam illius, unde detractus eſt recens infuſus, immitteretur, jam tum fore rati, ut ſequior ille in ſani hominis venam immiſſus reliquam morbi colluviem ex ægro corpore ſimilitudine quâdam ſubinde al-

liceret, ægerque adeo eò ſibi citius red-
deretur. Neque prius neque poſteri-
us, integro tamen doctiorum judicio,
vero videtur ſimilius: Non illud qui-
dem, cum ſanitas non ab alio tranſeat
in alium, foco ſuo priſtino deſerto:
Non hoc, cum vel ex iis, quæ dicta ſunt
in ſuperioribus, facilis refutatu res ea-
dem ſit. Si enim filii plures hæredi-
tariô parentis morbo affecti (quod ſe-
mini debetur contagium) eundem li-
berare haut poſſint; Quid futurum de
ſanguine, cujus ſoboles ſemen eſt, ſive
ex ſanguine immediatè ſive ex ſpiriti-
bus animalibus cum falsâ ſanguinis
parte magis concentratis ſive alio ge-
neretur modo. Poteſt maritus exactæ
ſanitatis ſeminis ſui ſpiritibus uterum
uxoris ſuæ valetudinariæ mirificè re-
creare, & totum adeò corpus reddere
vegetius. Non migrat tamen ſanitas
ita a marito in uxorem, ut atomi ſemi-
nales in utero relictæ magis magisque
alliciant atomos in dies ex corpore
mariti meliores. Neque ſi maritus
valetudinarius atomis pravi moris ac
ge-

genii seminalibus uxorem inficiat, atomi sequiores etiam reliquam materiæ peccantis colluviem ex corpore mariti attrahant, eliciantque, ipsumque adeò ab omni prorsus morbo reddant immunem. Longè aliter nos docet experientia. Fit interdum, ut si virgo valetudinaria viro nubat, aut uxorem ducat vir valetudinarius, firmâ potiantur sanitate; Quod in hac & uteri intemperies, & alia hunc sexum solita infestare symptomata corrigantur: In illo verò cum plethora, tum seminis abundantia multorum fomes morborum imminuatur. Annus nunc agitur duodecimus, cum Lubecæ primarii mercatoris filia, annos jam tum nata septendecim obstructione mensium, & ortâ inde cachexiâ tam graviter tamque periculosè laboraret, ut & artis omnem eluderet & medentium industriam vis mali pertinacior; Ipsaque adeò non vulgi tantum ac parentum opinione, sed ipsorum quoque Medicorum & conclamata videretur, & a fati ipsius limine propius abesse. At naturæ com-

commisso toto curationis negotio, cœpit respirare paululum, pòst viro nupta sibi ipsi reddi, superstes ac oppidò sana etiamnum. Neque interea subtractum quicquam est mariti sanitati. Patet ex hactenus dictis sanguinem illum deteriorem ex ægri corpore in venam ejus, unde detractus est infusus ille melior, per syringam iterum immissum neutiquam posse pellicere reliquam materiæ vitiosæ sentinam. Sed regerunt fortean, felicius jam tum cessurum illud negotium, si intimæ notæ amicus fuerit aut cognatus, ex cujus venâ & melior sanguis detractus, & in quam sequior ille ægrotantis fuerit immissus. Sed nec illa satis huic videntur opinioni facere. Datur quidem interdum (ceu supra explicatum est fusius) singularis quædam tam inter consanguineos quàm fratres cum crasеos, tum fermenti in illorum corporibus delitescentis, energiæ similitudo, ut morbi contagiosi interdum a fratribus in fratres aut consanguineos transire facilius possint, quid autem hoc ad sphæ-

ram

tim activitatis justo latius extendendam, aut ad paradoxon, quod hìc intenditur, tuendum ? Quare fratres aut consanguinei in locis etiam diversissimis degentes interdum eodem tempore possint morbis iisdem laborare, nec opus atomorum esse commeatu per tot intineris anfractus, abundè exposui supra. Dictis verò hactenus de TRANSPLANTATIONE, quæ mediante sanguine dicitur fieri, addi quoquè meretur, quod sanguinis beneficio menstrui, qui creditur in alimentum cedere fætui, morbi matris & ipsi possint haut raro in unum item atque alterum liberorum, illæsis cæteris transferri non ita tamen, ut foco relicto priore aliud quærant diversorium: Cum cernamus, matres non liberari idcirco, nisi ope medicaminum fortean hoste illo subacto. Agebat his in locis fœmina quædam nunc defuncta, quæ ante biennium meam imploravit operam medentis, conquesta admodum, laborasse se ante quadriennium ingenti pedum tumore, sed cum pedibus nu-

datis ſtetiſſet aliquantò diutius in aquâ frigidiore, negotii ſui gerendi gratiâ, idque reiteraſſet ſæpius: Evanuiſſe quidem tumorem illum, ſed cæpiſſe tuſſi ſe oppidò moleſtâ affligi, quæ jam tum, manu demum Medicâ conſultâ, tam altas egerat radices, ut aut ipſa phthiſica, aut phthiſicæ ſimillima videretur: Tres peperit liberos in ipſo morbi curriculo; quorum duo priores ab ipſo vitæ primordio & poſiti fuerunt & etiamnum ſunt extra aleam omnem ſymptomatum. Filiola natu minima a primâ uſque luce morbô cum matre communi uſa favente Numine Divino ſibi reddita ipſi eſt, matre interea extinctâ. Verum cum hic inſtituatur diſcurſus de contagio hæreditario, a ſanguine quoque menſtruo arceſſendo, operæ videtur pretium pauciſſimis attingere, num & contagioſi ſint morbi gravidarum & transfundi in maritos poſſint. Optimo id jure negavit Primeroſius lib. 2. c. 13. de erroribus vulgi. *Ridendus mihi* (ait) *videtur error, quod vir credatur ægrotare, ſique aſ-*

fici

his ſymptomatibus, quibus mulier ſolet prægnans, illudque experientiâ confirmatum volunt plurimi. Et paulò poſt idem. *Ergo maritus eôdem tempore ægrotet, cum uxor gravida, non ab uxore infectus putandus erit, ſed ex peculiari corporis vitio id patitur. Non novum etenim virum & uxorem ſimul poſſe ægrotare. Si graviditas eſſet morbus contagioſus, cur viros, quos natura immunes ab hoc labore fecit, inficeret, & non alias mulieres.* Magnam igitur meretur admirationem a D. D. Reiſelio in Ephemeridibus Medico-Phyſicis Germanic: curioſis annum M. DC.LXXI. continent. obſerv. CCXV. his verbis recitata hiſtoria. *Singularem* (inquit) *caſum virorum judicio an opprobrio exponendum adducam, ſed riſum teneatis amici. Cum Buxovillæ in Alſatiâ adhuc degerem, ſæpè audivi de fabro, quod uxoris ſuæ, quando gravida facta fuerit, perſonam egerit, dum maritus pro uxore vomeret, & picâ laboraret. Quod de illo vix Bohn nominato vix bonâ fide credidiſſem, niſi ipſius quoque filius, maritus jam factus, cum præſens adhuc eram, talia,*

qualia pater, seu pateretur seu ageret. Et paulò post idem. *Causam in marito quidem possem conjicere in effluvia sympathica, si & ipsa vomuisset. Cur verò ille sine illa vomuerit, obscurior est ratio. Videtur sed. in huic historiæ facere similis ferè affectus, quem fortuitum quidem plerumq., & non sine joco dictum judicant plurimi, ego verò in aliquibus viris etiam ex propriâ ipsorum observatione perpetuum & constans vidi, quod quoties uxor esset gravida, toties dentium dolore laboravit maritus.* Quam quidem controversiam tametsi non facio meam, diffiteri tamen haut licet, multum hìc posse in dispositis ac cacochymicis corporibus hujus aut illius sive morbi sive symptomatis fermenta non ab uxore, sed à matre potius ipsius mariti derivanda, quæ ipso tempore, quò uterum gerit uxor, se exerunt demum, in partem jam tum veniente mariti imaginatione aliquantò fortiori. Cum imaginatio spiritus excitet variè vel ad res fugiendas vel appetendas; hinc spes oritur ac amor, illinc metus nausea & alia id genus. Quamobrem si bilio-

liosus, & ad vomitum pronior cogitet de re nauseabundâ, eamque animo fixâ velut imaginatione objiciat subinde, non possunt non spiritus maximè irritari, turgescere bilis, ejusque halitus ad ventriculum ubertim delati vomitum ciere. Hujusmodi à matribus inprimi fermenta posse, & vel levissimâ occasione aut imaginatione excitari, & in aprico est, nec aliunde est ut mutuer exempla, cum meo edocear subinde; ipse, si quem de pilis felinis, à quibus abhorreo mirum quantum, aut de fœtore candelæ sebaceæ extinctæ aut loquentem audiam, aut cogitem saltem de illis inter edendum, ingens mihi oritur nausea ciborum, & appetitus imminuitur in ipso temporis momento. Ipse quoque soleo, quod etiam fermento à matre tempore gestationis impresso autumo deberi, toto corpore concuti vel levissimo rei alicujus delapsu; Si vel clavem vel aliud quid de industriâ ex alto projicio in terram, fieri nequit citra aliquam corporis concussionem: Quippe solebat mater mea

p. m. vel levissimò rei alicujus casu insigniter terreri; inprimis tempore gestationis, uti memini non semel me ab eâdem audivisse: Unde vel ex solo aspectu aut natâ inde imaginatione contrahi variolæ possunt ac morbilli; in illis puta, in quibus fermenta illa à menstrui retenti vitiis arcessenda ἐνεργητικώτερα sunt, & ad motum proniora. Sed redeo ad TRANSPLANTATIONEM nostram. Sunt, qui beneficio sanguinis (quod & de semine somniant nonnulli) uti morbos sic amorem posse in alium putant derivari. Hinc Theodorus Moretus *novisse se hominem asserit* (verba sunt Nobilissimi Sachsij de Gammarologiâ cap. 9.) *qui rosam arborem sedulò suo sanguine aliquoties per annum è venâ educto rigaverit, rosas Magnati cuidam indesinenter porrexit ipse, aut porrigi jussit, ut cum odore rosæ transiret in Principem affectus sympatheticus in officialem, affectu tam potenti, ut Princeps fuerit admiratus. Itaque monitus de naturali effectu rosas postea nullas accepit, nisi quas ipse decerpsisset.* Hæc ille. At verò si hæc obtineret opinio, miror,

quare

quare canes sæpius mactatorum animalium sanguinem ubertim haurientes non in eorundem trahantur amorem. Quid sentiendum hic sit, ex capite priore (ubi de philtris nonnulla) satis arbitror constare. Cum ignoti nulla sit cupido; haut video, quomodo vel sanguis vel aliud quid propinatum amorem possit vel planè ignoti vel longè absentis concitare: Quâ ratione indirectè queant philtra sic dicta, ex dictis hactenus & ipsum liquet, nec opus adeò est crambe bis coctâ.

CAP. III. SECTIO II.

Agit, quomodo vi sudoris credatur TRANSPLANTATIO fieri morborum.

SUdoris beneficio morbos posse contagiosos ad nos derivari, & rationibus discimus, & usu quotidiano. Hic patet in morbo gallico, in peste, & id genus similibus: illæ neutiquam sunt obscuræ; cum in sudore permultæ hæreant particulæ sulphuris microcosmici: Unde in libidinosis admodum ingens fœtor abundè ipso se

prodit sudore. Quamvis verò in sudore miasmata illa resideant contagiosa, quæ simile quid in corporibus dispositis parturiunt: Vi tamen contagij non ita transeunt morbi ab alio in alium, ut diversorio pristino relicto cum totâ succedant minerâ. Æquè enim hic statuunt, atomos ab alio ad alium contagio delatas, sequiores, attrahere alliccreque copiosius reliquam morbi materiam ab ægro illo, cui mali debebatur origo, eundemque adeò immunem reddi. Quibus ire obviam licet experientiâ. Observamus enim, meretrices virus suum longè latèq; diffundere haut rarò, non liberari tamen: Si atomi vitiosæ in corporibus relictæ infectorum reliquam materiæ colluviem ubertim attraherent ex ægro corpore, cui primos debebant natales, perbellè pro re natâ quidem ageretur cum illis, quæ plures câdem sæpius nocte, tam fœdâ lue conspurcant. Memini, cum Jenæ agerem, paucis diebus ab unâ meretrice decem esse & plures (quâ de re uberius in disputatione meâ inaugurali de gonor-

gonorrhœâ Lugduni Batavorum quondam habitâ) alios quidem mitius, alios vehementius infectos; in quibus Numine Propitio virus illud operâ meâ medentis oppressum in herba est, meretrice neutiquam curatâ. Sunt, qui existimant, sudoris ope omnes pœne morbos curabiles esse per TRANSPLANTATIONEM cum vegetabilibus medio sulphuris microcosmici præparati, quod quidem miraculosum non solum, sed ex naturæ promptuario secretissimum putant. Sed quibus hoc paradoxon fundamentis queat stabiliri, non video? Cum & experimenta sint incerta, & eventus expectationem eludant sive φαινόμενα sive hypotheses, quibus uti consueverunt sententiæ ejusdem præcones. Sudore hominis irrigata & sic exhibita conciliare credunt amorem ita ut comedentes sequi cogantur eum, cujus sudore imbuta sunt. Rationem hanc reddit CL. Kattrajus l.c. quod æquè *in sudore ac in spermate inclusa restet fermenti ejus, unde deciduus est, quo fermententur humores partes spiri-*

tus

tus recipientium, & formæ reddantur sequa-ces istius fermenti. Quomodo huic oc-currendum sit rationi, & planum est, & dictum nobis in superioribus (c. 1. sect. 3.) De experientiâ est quod dubite-mus jure merito. Tritum quidem est, & vix in dubium vocatur à vulgo, ve-natores canes reddere sequaces, si vel panem vel caseum propinent sub axil-lis prius gestatum & sudore jam probe madefactum. Sed vota mea fefellit e-ventus periculum sæpius facientis per famulum meum, qui cum eidem can-tum diversis tam panem quàm caseum sub axillis gestatum, & sulphure illo, ceu vocant, microcosmico jam probe imbutum propinavit semel atque ite-rum, à me instructus prius, ut in certo loco, (ne & hic deciperetur fortean) & præparatum illud alimentum deponie-ret, & stans in viciniâ adverteret, quis canum arriperet. Absumptoque illo (si ita fas sit vocare) pharmaco se cani o-stenderet. Ostendit se cum frustranea successus expectatione. Cum verò ci-borum exhibitione crebriore canum

amo

amor concilietur plerumque falli in cò auguror venatores, quod id sudori adscribant falsò, quod cum frequenti cum cane conversationi, tum cibi oblationi videtur deberi. Nunc de urinâ & fæcibus alvi addenda nonnulla erant; sed cum de iis actum sit supra & brevitatis habenda ratio, nec crambem placet bis coctam apponere, nec rebus diutius manifestissimis immorari.

SECTIO TERTIA.

Agit de subjectis nonnullis, in quæ fieri credatur TRANSPLANTATIO morborum.

CAP. I. SECTIO III.

An & quomodo ab homine ad bruta transeant morbi.

AB homine in hominem morbos posse, quàm ab homine in bruta facilius transire, & in aprico est, & satis evincit ratio; cum in causa sit sæpius temperamenti, quod utrique inest, diversitas, ut, quæ pestifera interdum sunt hominibus, citra noxam comedantur brutis, & vice versâ, ceu memini

tra-

tradidiſſe me aliàs prolixius. Unde a-
liæ contingunt peſtes, quæ bruta non
omnia quidem, ſed certum tantum ge-
nus, aliæ, quæ homines non bruta in-
feſtant, ceu diſcimus inter alia ex Fraca-
ſtor. lib. 1. de contag. c viij *Contagiorum*
(ait) *analogiæ* (quibus vocibus notat pe-
culiarem malignitatis genium ad tem-
peramenta diverſa collatum) *multiplices
quidem ſunt, & maximè admirandæ. Peſtis
quædam eſt arboribus & ſatis, animalium
nulli obeſt. Contrà quædam tangit ani-
malia, ſatis & arboribus parcit. Et inter a-
nimalia hæc hominem carpit, illa boves, alia
equos & alia &c.* Dari tamen, quæ no-
xam adferant brutis juxtà ac homini-
bus, cum extra aleam eſt omnem dubi-
tationis, tum uſus loquitur quotidia-
nus. Morbos item reperiri in homini-
bus, unde & brutis queat mali nonni-
hil aſpergi, æque planum eſt, & tam no-
tum quàm quod notiſſimum; transe-
unte interdum in bruta morbi ſpecie
eâdem hominibus infeſtâ, interdum
non item. Teſtes ſunt rei utriusque
locupletiores hiſtoriæ in ſuperioribus
lau-

laudatæ quarum hæc (D. D. Bullichij puta diabete laborantis) ſal ex ægrotantis urinâ concinnatum cani eſſe propinatum, nullo ſubſequente effectu aut vel ullâ mitigatione ſymptomatis, pilis tantum decidentibus cani; illæ verò vel hinc dentium dolorem exquiſitiſſimum, à virgine illinc epilepſiam à fœminâ in canem eſſe (ſenſu quidem ſaniore) translatam, ſatis arguunt & luculenter. Sed neque hic fas eſt transilire cancellos. Haut utique abs re eſt, me cenſente, & vero ſimilius omnino, brutum aliud eſſe aliò aptius ad has vel illas *ἀρρωστίας* promptius attrahendas. Unde columba recens diſciſſa, & plantis pedum appoſita ad capitis dolorem imminuendum, ad podagricum verò canis & ſolet & poteſt citra ſuperſtitionem ſeligi; uti ſupra quoque eſt actum. An verò urinâ vel ſanguine ægri alimentis immixtis & brutis propinatis, atomi jam tum vitioſæ in urinâ aut ſanguine latitantes & à brutis attractæ *συμπαθείᾳ* quâdam poſſint ex ægro corpore ſive ſocias ſive reſiduas elicere.

ægrum-

ægrumque adeo ipsum morbo penitus eximere, oppidò incertum dicam an falsum est. Cum experimenta hic non possint non esse incerta, tum facta demum, cum totum curationis negotium naturæ soleamus committere, hærentes, utrum TRANSPLANTATIONI debeatur, ceu vocant, Magneticæ, quod naturæ bonitati fortean, vel medicamentis videtur prævijs tribuendum. Multa sæpe casu fiunt, multa vi ipsius naturæ multa medicaminum virtute antecedentium & post vim demum suam exerentium in morbis in primis diuturnis. Hinc fallunt & falluntur multi Empiricorum, qui ad morbum haut rarò pertinaciorem vocati, qui multorum industriam medentium sæpius visus est fatigare, si crisi vel sponte facta vel præviis medicamentis adjuta salutaribus reddi jam tum sibi ipsi incipiat æger, vix unico nescio quò remedio præscriptò, alienam in se transferunt gloriam, & quod vel robori naturæ debebatur, aut usui medicaminum longiori, id sibi & arcano suo acceptum ferendum

dum esse putant & gloriantur vanè. Ipsum ferme quadriennium est, cum virgo quædam & Chronico morbo laboraret & oppidò tenaci, cumque multis remediis sedulò & undiq; conquisitis malum videretur superius; iter meditabatur ad Practicum quendam Famosissimum. At in ipso itinere, sive naturæ operâ solius, sive prudenti medicaminum usu antecedentium pristinæ restituebatur sanitati. Si crisis illa diutius aliquantò protracta pergere illam sivisset ad Medicum, & vel unicum ab eodem capere medicamen, egregiè potuisset ægræ animum ludere ad medentis dubio procul jam tum & certò sibi persuadentium, ultimo illi medicamini omnem deberi felicitatem. Par ratio cum sit curationis TRANSPLANTATORIÆ, aut in conclamatis, aut tum demum fieri solitæ, cum naturæ committi soleat negotium; satis manifestum est, quàm & hic incerta sint experimenta, quæ nec rationem habent consensientem, nec φαινόμενα, quibus tantum παράδοξον, innititur

cer.

certiora, ſed rarò ac dubiè tantum contingentia.

Cap. II. Sectio III.

An & quomodo tranſitus fiat morborum ab hominibus in plantas.

AN morborum detur tranſitus ab hominibus in plantas, ſunt qui dubitant; cum tàm ipſe partium ſingularum genius, quàm ἀναισθησία, non tot morbis æquè, quot animalia, exponi, argumento ſint manifeſtiſſimo. Quamvis enim flammâ vitali præditæ & ipſæ proque eâdem aut rectius conſtitutâ aut ſecus hinc morboſæ, illinc ſanæ mereantur appellari (quâ de re actum mihi quondam Jenæ uberius eſt in diſput: de vitâ & ſanitate plantarum, me quoque Præſide habitâ) ſui quoque morbi ipſis ſint familiares & ſcitè & plenius expoſiti Theophraſto (in lib. de cauſ. plantar.) cum tamen & vita & actiones earundem longè infra dignitatem conſtituantur animalium; hic quoque obſcuriora ſunt, quæ his ortum ſuum referunt vel rectè conſtitutis aut de-

deflectentibus quoque, qualia vel sanitas vel morbi. Notum verò est ac in propatulo, vel solo contactu nostro vel aliô modô adeò lædi plantarum nonnullas posse, ut sive marasmum videantur sive aliam morbi indolem adscivisse. Fieri item potest, ut si vel urinam ægri vel sanguinem atomis notæ sequioris ac planè heterogeneis (ut cum Philosophis loquar) & ubertim & copiosius imbuta radici affundas, & fonti caloris nativi genuino, & sive cordis vicem gerenti sive ventris aut planta corrumpatur mirum in modum, aut extinguatur, planè pro fermenti ubertate peregrini. Ut ut verò res sit, nec eosdem tamen nec æquè in plantas posse quàm in animalia morbos cadere, & planum est, & paulò antè exposita ratio. Interim has vel illas plantas in primis aromaticas ac sale volatili aut sulphure quôdam proprio (sive volatili sive anodyno) prægnantes, & impositas locis animalium affectis, sive ob crasin sive pororum concentum effluxus illos deteriores elicere vel prom-

ptius posse vel minus, adeoque vel ipsum paroxysmum tollere haut rarò, aut mitigare certè, ire non licet inficias, & vel sola radix pæoniæ argumento & una instar omnium est, quæ ob dotes Medicas planè egregias, quasque sulphuri proprio auguror deberi, & singularis commendationis, & fructus quoq; censetur mirifici de collis tantum suspensa infantum epilepsiâ laborantium. Sed nec inde argui potest, quam illi comminiscuntur, TRANSPLANTATIO. Quis modus sit transplantandi morbos in vegetabilia, & notum est, & fusius recentioribus traditum hoc agentibus in primis. Sed quô fundamento, aut quibus argumentis quod nunc & æstimari passim cæpit in orbe, & multorum mereri suffragia, suffulciri queat παράδοξον, non video?

Cum verò TRANSPLANTANDI modi duo sint potissimum solennes; alter cum planta parti affectæ imposita, & atomis illis sequioribus gravida satis, remota & defossa; Alter cum vel ægri sanguis ex venis extractus, vel uri-

urina vel aliud quid excrementorum plantarum affuſa radicibus ex ægri corpore reliquam attrahere ſaburram credantur; duabus quoque opus eſt ad refutandum umbellis. Si prior celebretur, quæro, utrum, quam ſibi promittunt, attractio vel à ſolis expectanda ſit atomis, quibus referta eſt planta jam remota? An à plantâ quà tali defoſſâ, an verò à viribus utriusque? Si ab atomis ſolis, quid quæſo plantà opus eſt impoſitâ; cum atomis illis vitioſis per ſudorem largiter prolicitis & lectus probè imbuantur & induſia ægrorum; tot quoque urina deponat, tot fæces alvi effluvia; aërique committant liberiori. Defeſſio autem ipſa tantùm abeſt, ut vel quicquam conferat, ut potius ad illorum quidem ὑπόθεσιν corrumpere videatur, & vim attrahendi illam præpedire. Sin vis petenda illa ſit à plantâ quà tali, non video, quid jam tum velit defoſſio, aut cur ægri atomis vitioſis imbuenda ſit planta? ſi à conjunctis, quid quæſo roboris aut virium hæ atomi poſſunt à planta ſibi fænerari

ri, & defossâ & suo jam vigore destitutâ, & cadaveris vicem sustinente ad vivas collata. Sed cum refutata res eadem sit in superioribus: Alter quoque delibandus est modus, qui, quò priori convenientior, eò & refutatu est facilior. Quæri etenim & hìc potest, an vel atomis solis in ægri sanguine ac urinâ, aut in alijs excrementis residentibus, an crasi arboris, in quam fit TRANSPLANTATIO, an verò conjunctis tam admiranda accepta feratur attractio? Si crasi arboris, quid opus vel sanguinis est, vel aliorum affusione excrementorum? cum sic vel sponte (ad ductum quidem illius ὑποθέσεως) vel tacito naturæ consilio absolveretur curatio? sin atomis solis, quid opus est TRANSPLANTATIONE? si conjunctis, non video, quid atomis arbor possit, aut atomi arbori subsidij largiri ad sphæram activitatis justò latius extendendam? aut quomodo vires in attrahendo queant conjungere, cum stante quidem illorum ὑποθέσει se destruerent mutuò? quid? quod reciprocam quo-

quoque fateantur TRANSPLANTATIONEM, ut planta ab homine, homo à planta recipiat. Quô positô dogmate, quid sentiendum hic sit, patere cùm ex prioribus potest, tum ex commentatione meâ de arcanis Medicorum non arcanis, quibus supersedeo repetendis ne crambe bis cocta nauseam creet legentibus. Miror, sententiæ illius auctores ad motum illum atomorum variè exponendum tam variis uti refugiis; cum tamen ad mentem nostram cogere non liceat naturam. Via insistenda est proxima: Si rationes neglexeris, at φαινόμενα certè in consortium sunt probationis adsciscenda. Sed de his satis. Caput aggredior ultimum.

CAP. III. SECT. III.

An & quomodo vel transitus vel derivatio fiat morborum ab hominibus in lapides.

TRansitus morborum ab hominibus in lapides omnium videtur difficillimus, cum vitâ videantur orbati exceptis paucis tantum illis λιθοφύτοις. Quamvis in diversas hìc

ſententias abeant diverſi, ſunt, qui pro vitâ & ſanitate; pro morbo ſenio ac morte lapidum pugnant tanquam pro aris & focis; in quibus etiam Cardanus (lib. 7. de ſubtilit. p. m. 240.) quem acriter juxtà ac ſubtiliter refutatum Scaligero (exerc. de ſubtilitate contra Cardanum 115. & 125.) multi ſecuti ſunt recentiorum præcipuum ſententiæ ſuæ robur mutuati à lapidum quorundam figurâ in variis tam variâ, tam concinnâ, tamque affabrè fictâ: (in nonnullis enim cum alia, tum arbores cum ramis & ſurculis ſuis integræ cernuntur expreſſæ) ut non niſi ſpiritui architectonico ceu Opifici debere ortum ſuum videantur, & ad modum creſcere plantarum. Quæ ſpecioſa, fateor, ſunt: ſed alia nunc pedibus proviſa eſt via, fodinarum penetralibus accuratius recluſis ab illuſtri Boyle in lib. de ortu & virtutibus gemmarum, in quo ſcitè, ut omnia, quomodo ex materiâ fluidâ ſive menſtruis ſive tincturis mineralium ac metallorum variis, (quibus cenſet loca undiquaq; ſubterranea redundare) gravi-

vida, & à ſpiritu petrifico coagulata, & gemmæ progenitæ ſint pellucidæ, & terræ interventu mineralis metallicæ aut cognatæ ipſi quoque lapides opaci. Neque non, quæ cieri & poſſunt & ſolent dubia plenius ſopita ab eôdem ſunt, & eruditius, quibus ſuper hìc ſedeo recenſendis; cum pleriſque curioſitatis amantibus ad manus ſit author. Datur ex his quoque fundamentis multas ſolvere difficultates citra ullam ad formam Peripateticorum ſpecificam refugium. Vel lapidum enim quorumvis cum colores tum figuras diverſas, tum virtutes eximias proprietatesque peculiares, & gradus earundem eminentiores, & alia id genus tam in lapidibus pretioſis, quàm obſcuris ac vilioribus admiranda, inde omnino integrum eſt deducere. Sunt, qui quandam ſenſus imaginem in lapidibus putant ex uno item & altero φαινομένων colligendam; Verum cum & hæc diſcuſſa ſint plenius Scaligero, & paulò infra quoq; locus dicendi, non addo verbum. Ex dictis hactenus ſatis arbitror conſtare, non fi-

eri tranſitum morborum ab hominibus in lapides; aut ſenſu ſaltem laxiore. Poros dari in lapidibus, quibus atomos poſſint ægrorum vitioſas imbibere; Alios item lapidum aliis eſſe ad id negotii aptiores, neutiquam eo inficias. Corallorum fructum inſignem diſcimus in morbis infantum pariter ac puerorum collis laborantium appenſorum. Quæ de hæmatite & vi ejus ſingulari candidè juxtà ac nervosè illuſtris Boyle (l.c.p. 198.) digna videntur, quæ & advertantur rectius & hìc quoque recitentur. *Hac occaſione* (inquit) *addam, me noſſe virum, qui judicio oculorum videtur eſſe complexionis ſummè ſanguineæ. Ille diu laborabat immodico ſanguinis fluxu per nares, ut non obſtantibus quibusvis remediis procurandis ex Academiâ Medicorum, ubi commorabatur, aliquoties vicinus morti eſſet, donec accidentis ejus fama magis ſparſa mitteretur ei per fœminam vetulam hæmatites magnitudine circiter ovi columbini, cum aſſertione fauſtorum ejus effectuum omnem ferme fidem ſuperantium in curando illo morbi genere juxta ægri collum. Hoc lapide-*

pide enim gestato mox pristinæ restituebatur sanitati, & diu ex eo fructum percipiebat, cum ei familiaris esse cæpi ita tamen ut lapide ad tempus deposito symptoma rediret. Cumque suspicarer, imaginationem aliquid conferre ad efficaciam hujus remedii, ipse asserebat, sibi certò persuasum esse contrarium: Inprimis cum expertus esset, eundem ope tertii cujusdam non procul inde habitantis, cujus etiam nomen mihi referebat, coërcuisse hæmorrhagiam vicinæ fæminæ, cui symptomatis violentia non permiserat ante sentire rem sibi applicatam, quàm aliquandiu sanguinis fluxus fuerat inhibitus. Et paulò pòst idem. *Nunc tibi referam, quod lapis ille non obstantibus admirandis suis operationibus mihi spectatus apparet ita differre colore & texturâ ex spectatis, ut potius eum alius generis gemmam existimâssem quàm hæmatiten.* Cur autem circa collum apposita tanti sint in hæmorrhagiâ fructus memini me exposuisse in commentario meo de arcanis Medicorum, quô lectorem cupidum remitto, ne eadem toties cum nauseâ. Fertur gemma vulgo dicta Turcosa pro variâ gestantis valetudine

dine (teste Levino Lemnio de occultis naturæ miracul. lib. 2. cap. 30.) suum mutare colorem. An vera illa historia sit nec ne mihi non integrum est definire. Id tantum dixero, integros per annos gestasse me in annulo hanc gemmam citrà ullam coloris mutationem. At verò fac variè immutari colorem; cum & in corallis & in aliis pro variâ gestantium valetudine id asserant fortean contigisse & contingere; Nec sensus tamen ulla inde arguuntur vestigia, aut morbi cujusdam ab hominibus in hujusmodi lapides translati: Cum atomi sequiores ex corporibus ægrorum subinde & ubertim exhalantes alieno tingere colore quàm optimè queant lapidum horum superficiem: Quibus discussis, si ab exactè sanis gestentur postea, redire ad genium suum consuevit color. Cui rei multum datur lucis fænerari ex l.l. Illustris Boyle: Traditur ibi coloris varietas in unô eôdemque lapide suos debere natales diversis diversorum mineralium halitibus subterraneis. Quibus ad præsens negoti-

gotium ritè accommodatis, in facili quoque est, mutationem, si qua contingit, coloris in lapidibus illis ab ægris gestatis ab halitibus laborantium sequioribus arcessere. Scaliger Vir naturæ alioquin Consultissimus coloris in gemmis mutati originem deducit ab exuctione partium tenuiorum: unde ejus censura in Cardanum Exercit: CXI. his verbis expressa. *Quod subdis* (ait) *pallere gemmas. Sanè. Abit enim color exuctis partibus tenuioribus, sicut à corporibus, quæ etiam tuis placitis non vivunt. Vides hoc in picturis & aulæis. Denique à corallo quod tamen haut amplius vivit.* An verò rimam capiat aut ceperit Turcois post mortem possessoris sui pòst statim novi accessu emptoris coëuntem, est quod dubitem admodum, cum veritatis fidem videatur superare; nisi ex accidenti fortean aut casu id dixeris contigisse. Smaragdus fertur quandoque rumpi in ipso actu venereo, referente Cardano (lib. 7. p. m. 243.) Quæ si vera est historia; nulla tamen inde vel sensus vel morbi ab homine in smaragdum

dum translati arguuntur κριτήρια: Cum non repugnet naturæ, hanc vel illam rem vitâ ac ſenſu omni orbatam poſſe ad contrarii ſui appoſitum disrumpi (quæ enim in rem eandem Cardanus l. l. minus ſatis videntur facere nodo illi ſolvendo) uti diſcimus cum ex operationibus chymicis, tum ex rebus quoq; vulgatiſſimis. Mars fertur authore Paracelſo lib. 3. de natura rerum, qui inſcribitur de conſervatione rerum naturalium) adeò abhorrere à mercurio, ut catena ferrea, eâ parte, quâ fumum excipit mercurij, inſtar vitri reddatur fragilis. Frangi item ſolet vas vitreum inſigniter calefactum ad ſubitaneum frigidi aëris appoſitum. Rumpi quoque ſcyphum vitreum poſſe pro variâ vocis humanæ modulatione; artemque illam ſcitè edoctum virum quendam agere Amſtelodami, Dominus D. Morhofius Profeſſor Kilonienſ. Celeberrimus obſervavit, ceu ſcriptum ejus arguit curioſum & perquam elegans de ſcypho vitreo per vocem humanam fracto. Poſitis his φαινομένοις & in partem vocatis fun-

fundamentis recentiorum, nunc rationem in proclivi eſt reddere rupturæ in ſmaragdo adactum venereum puta libidinoſi & tantum non impuri: Cum enim libidinoſi, illi nimirum, qui aut ipſi morbo venereo laborant, aut propius certè abſunt ab illâ lue recrementis ſalino-mercurialibus redundent inſigniter; fieri poteſt, ut halitus illi venenati (Olino-mercuriales) ex hujusmodi corporibus ſubinde & in actu inprimis venereo copioſius elati & ſmaragdo ſive δυσκρασίᾳ quâdam ſingulari ſive pororum effluviorumque diſcrepantiâ infeſti admodum in cauſa ſint aut fuerint ejusdem rupturæ citra ullum vel ſenſus vel dictæ ſtrictius antipathiæ argumentum. Nec mirum eſt his tantam vim ineſſe ἀποῤῥοίαις, ipſum jam malignitatis apicem affectantibus. Cum vel halitus illi ſcorbutici, authore CL. Thomâ Willis in lib. de ſcorbuto (inprimis ſi radicibus jam fixis altioribus quendam veluti malignitatis genium induerit ſcorbutus) & nigrorem poſſint & ſoleant, & eroſionem & ipſam

quo-

quoque vacillationem dentibus minari. Sed de lapidum geſtatorum viribus admirandis multi quidem multa, ipſam planè fidem ſuperantia: Inprimis Cardanus, qui l. c. aliis vim adſcripſit divinandi, aliis vitæ prorogandæ, aliis divitias parandi, aliis amicos, aliis fortunam conciliandi. Quæ cum aut magica ſint, aut in cerebellis tantum nata fabuloſorum, & parum vel nihil ad rhombum noſtrum, ſatius eſt præterire. Sufficiat nobis pauca illa, quibus inſignem errorem jocosè pariter ac ſubtiliter eluſit ſubtilitatis ipſe Magiſter Scaliger de ſubtilitate contra Cardanum Exercit. CXI. *Univerſam* (ait) *Indiam tecum geſtes, Cardane, ne pilum quidem movere Theologos potes noſtros, ut te ament.* Et paulò poſt idem. *Res ſupra omnes totius naturæ claſſes ſit, ſi tua gemma, te præſertim geſtante, ac Lucretiam non tangente, Lucretiæ cor accendat. Haut ita eſt ſubtiliſſime amicitiarum conciliator ac potius extortor.* Quibus nunc pro Compendii ratione expoſitis de TRANSPLANTATIONE MORBORUM hìc

hìc ſiſto pedem, accuratiorem tractationem rei tam difficilis tamque latentis in quâ etiam ſatis eſt voluiſſe, & doctioribus relicturus, & uſu experimentorum longiore inſtructis.

DEO TRIUNI LAUDES.



INDEX.

ptius posse vel minus, adeoque vel ipsum paroxysmum tollere haut rarò, aut mitigare certè, ire non licet inficias, & vel sola radix pæoniæ argumento & una instar omnium est, quæ ob dotes Medicas planè egregias, quasque sulphuri proprio auguror deberi, & singularis commendationis, & fructus quoq; censetur mirifici de collis tantum suspensa infantum epilepsiâ laborantium. Sed nec inde argui potest, quam illi comminiscuntur, TRANSPLANTATIO. Quis modus sit transplantandi morbos in vegetabilia, & notum est, & fusius recentioribus traditum hoc agentibus in primis. Sed quô fundamento, aut quibus argumentis quod nunc & æstimari passim cæpit in orbe, & multorum mereri suffragia, suffulciri queat παράδοξον, non video?

Cum verò TRANSPLANTANDI modi duo sint potissimum solennes; alter cum planta parti affectæ imposita, & atomis illis sequioribus gravida satis, remota & defossa; Alter cum vel ægri sanguis ex venis extractus, vel uri-

urina vel aliud quid excrementorum plantarum affuſa radicibus ex ægri corpore reliquam attrahere ſaburram credantur; duabus quoque opus eſt ad refutandum umbellis. Si prior celebretur, quæro, utrum, quam ſibi promittunt, attractio vel à ſolis expectanda ſit atomis,quibus referta eſt planta jam remota? An à plantâ quà tali defoſſâ, an verò à viribus utriusque? Si ab atomis ſolis, quid quæſo plantà opus eſt impoſitâ; cum atomis illis vitioſis per ſudorem largiter prolicitis & lectus probè imbuantur & induſia ægrorum; tot quoque urina deponat, tot fæces alvi effluvia; aërique committant liberiori. Defeſſio autem ipſa tantum abeſt, ut vel quicquam conferat, ut potius ad illorum quidem ὑπόθεσιν corrumpere videatur, & vim attrahendi illam præpedire. Sin vis petenda illa ſit à plantâ quà tali, non video, quid jam tum velit defoſſio, aut cur ægri atomis vitioſis imbuenda ſit planta? ſi à conjunctis, quid quæſo roboris aut virium hæ atomi poſſunt à planta ſibi fænera-

ri, & defossâ & suo jam vigore destitutâ, & cadaveris vicem sustinente ad vivas collata. Sed cum refutata res eadem sit in superioribus: Alter quoque delibandus est modus, qui, quò priori convenientior, eò & refutatu est facilior. Quæri etenim & hìc potest, an vel atomis solis in ægri sanguine ac urinâ, aut in alijs excrementis residentibus, an crasi arboris, in quam fit TRANSPLANTATIO, an verò conjunctis tam admiranda accepta feratur attractio? Si crasi arboris, quid opus vel sanguinis est, vel aliorum affusione excrementorum? cum sic vel sponte (ad ductum quidem illius ὑποθέσεως) vel tacito naturæ consilio absolveretur curatio? sin atomis solis, quid opus est TRANSPLANTATIONE? si conjunctis, non video, quid atomis arbor possit, aut atomi arbori subsidij largiri ad sphæram activitatis justò latius extendendam? aut quomodo vires in attrahendo queant conjungere, cum stante quidem illorum ὑποθέσει se destruerent mutuò? quid? quod reciprocam

quo.

quoque fateantur TRANSPLANTATIONEM, ut planta ab homine, homo à planta recipiat. Quô positô dogmate, quid sentiendum hic sit, patere cùm ex prioribus potest, tum ex commentatione meâ de arcanis Medicorum non arcanis, quibus supersedeo repetendis ne crambe bis cocta nauseam creet legentibus. Miror, sententiæ illius auctores ad motum illum atomorum variè exponendum tam variis uti refugiis; cum tamen ad mentem nostram cogere non liceat naturam. Via insistenda est proxima: Si rationes neglexeris, at φαινόμενα certè in consortium sunt probationis adsciscenda. Sed de his satis. Caput aggredior ultimum.

CAP. III. SECT. III.

An & quomodo vel transitus vel derivatio fiat morborum ab hominibus in lapides.

TRansitus morborum ab hominibus in lapides omnium videtur difficillimus, cum vitâ videantur orbati exceptis paucis tantum illis λιθοφύτοις. Quamvis in diversas hic sen-

ſententias abeant diverſi, ſunt, qui pro vitâ & ſanitate; pro morbo ſenio ac morte lapidum pugnant tanquam pro aris & focis; in quibus etiam Cardanus (lib. 7. de ſubtilit. p. m. 240.) quem acriter juxtà ac ſubtiliter refutatum Scaligero (exerc. de ſubtilitate contra Cardanum 115. & 125.) multi ſecuti ſunt recentiorum præcipuum ſententiæ ſuæ robur mutuati à lapidum quorundam figurâ in variis tam variâ, tam concinnâ, tamque affabrè fictâ: (in nonnullis enim cum alia, tum arbores cum ramis & ſurculis ſuis integræ cernuntur expreſſæ) ut non niſi ſpiritui architectonico ceu Opifici debere ortum ſuum videantur, & ad modum creſcere plantarum. Quæ ſpecioſa, fateor, ſunt: ſed alia nunc pedibus proviſa eſt via, fodinarum penetralibus accuratius recluſis ab illuſtri Boyle in lib. de ortu & virtutibus gemmarum, in quo ſcitè, ut omnia, quomodo ex materiâ fluidâ ſive menſtruis ſive tincturis mineralium ac metallorum variis, (quibus cenſet loca undiquaq; ſubterranea redundare) gra-

vida, & à ſpiritu petrifico coagulata, & gemmæ progenitæ ſint pellucidæ, & terræ interventu mineralis metallicæ aut cognatæ ipſi quoque lapides opaci. Neque non, quæ cieri & poſſunt & ſolent dubia plenius ſopita ab eôdem ſunt, & eruditius, quibus ſuper hìc ſedeo recenſendis; cum plerisque curioſitatis amantibus ad manus ſit author. Datur ex his quoque fundamentis multas ſolvere difficultates citra ullam ad forſam Peripateticorum ſpecificam refugium. Vel lapidum enim quorumvis cum colores tum figuras diverſas, tum virtutes eximias proprietatesque peculiares, & gradus earundem eminentiores, & alia id genus tam in lapidibus pretioſis, quàm obſcuris ac vilioribus admiranda, inde omnino integrum eſt deducere. Sunt, qui quandam ſenſus imaginem in lapidibus putant ex uno item & altero φαινομένων colligendam; Verum cum & hæc diſcuſſa ſint plenius Scaligero, & paulò infra quoq; locus dicendi, non addo verbum. Ex dictis hactenus ſatis arbitror conſtare, non fieri

eri transitum morborum ab hominibus in lapides; aut sensu saltem laxiore. Poros dari in lapidibus, quibus atomos possint ægrorum vitiosas imbibere; Alios item lapidum aliis esse ad id negotii aptiores, neutiquam eo inficias. Corallorum fructum insignem discimus in morbis infantum pariter ac puerorum collis laborantium appensorum. Quæ de hæmatite & vi ejus singulari candidè juxtà ac nervosè illustris Boyle (l.c.p. 198.) digna videntur, quæ & advertantur rectius & hìc quoque recitentur. *Hac occasione* (inquit) *addam, me nosse virum, qui judicio oculorum videtur esse complexionis summè sanguineæ. Ille diu laborabat immodico sanguinis fluxu per nares, ut non obstantibus quibusvis remediis procurandis ex Academiâ Medicorum, ubi commorabatur, aliquoties vicinus morti esset, donec accidentis ejus fama magis sparsa mitteretur ei per fœminam vetulam hæmatites magnitudine circiter ovi columbini, cum assertione faustorum ejus effectuum omnem ferme fidem superantium in curando illo morbi genere juxta ægri collum. Hoc lapide-*

pide enim gestato mox pristinæ restituebatur sanitati, & diu ex eo fructum percipiebat, cum ei familiaris esse cæpi ita tamen ut lapide ad tempus deposito symptoma rediret. Cumque suspicarer, imaginationem aliquid conferre ad efficaciam hujus remedii, ipse asserebat, sibi certò persuasum esse contrarium: Inprimis cum expertus esset, eundem ope tertii cujusdam non procul inde habitantis, cujus etiam nomen mihi referebat, coërcuisse hæmorrhagiam vicinæ fæminæ, cui symptomatis violentia non permiserat ante sentire rem sibi applicatam, quàm aliquandiu sanguinis fluxus fuerat inhibitus. Et paulò pòst idem. *Nunc tibi referam, quod lapis ille non obstantibus admirandis suis operationibus mihi spectatus apparet ita differre colore & texturâ ex spectatis, ut potius eum alius generis gemmam existimâssem quàm hæmatiten.* Cur autem circa collum apposita tanti sint in hæmorrhagiâ fructus memini me exposuisse in commentario meo de arcanis Medicorum, quô lectorem cupidum remitto, ne eadem toties cum nauseâ. Fertur gemma vulgo dicta Turcosa pro variâ gestantis valetu-
dine

dine (teste Levino Lemnio de occultis naturæ miracul. lib. 2. cap. 30.) suum mutare colorem. An vera illa historia sit nec ne mihi non integrum est definire. Id tantum dixero, integros per annos gestasse me in annulo hanc gemmam citrà ullam coloris mutationem. At verò fac variè immutari colorem; cum & in corallis & in aliis pro variâ gestantium valetudine id afferant fortean contigisse & contingere; Nec sensus tamen ulla inde arguuntur vestigia, aut morbi cujusdam ab hominibus in hujusmodi lapides translati: Cum atomi sequiores ex corporibus ægrorum subinde & ubertim exhalantes alieno tingere colore quàm optimè queant lapidum horum superficiem: Quibus discussis, si ab exactè sanis gestentur postea, redire ad genium suum consuevit color. Cui rei multum datur lucis fænerari ex l.l. Illustris Boyle: Traditur ibi coloris varietas in unô eôdemque lapide suos debere natales diversis diversorum mineralium halitibus subterraneis. Quibus ad præsens negoti-

gotium ritè accommodatis, in facili quoque est, mutationem, si qua contingit, coloris in lapidibus illis ab ægris gestatis ab halitibus laborantium sequioribus arcessere. Scaliger Vir naturæ alioquin Consultissimus coloris in gemmis mutati originem deducit ab exuctione partium tenuiorum: unde ejus censura in Cardanum Exercit: CXI. his verbis expressa. *Quod subdis* (ait) *pallere gemmas. Sanè. Abit enim color exuctis partibus tenuioribus, sicut à corporibus, quæ etiam tuis placitis non vivunt. Vides hoc in picturis & aulæis. Denique à corallo quod tamen haut amplius vivit.* An verò rimam capiat aut ceperit Turcois post mortem possessoris sui pòst statim novi accessu emptoris coëuntem, est quod dubitem admodum, cum veritatis fidem videatur superare; nisi ex accidenti fortean aut casu id dixeris contigisse. Smaragdus fertur quandoque rumpi in ipso actu venereo, referente Cardano (lib. 7. p. m, 243.) Quæ si vera est historia; nulla tamen inde vel sensus vel morbi ab homine in smaragdum

dum translati arguuntur κριτήρια: Cum non repugnet naturæ, hanc vel illam rem vitâ ac ſenſu omni orbatam poſſe ad contrarii ſui appoſitum disrumpi (quæ enim in rem eandem Cardanus l. I. minus ſatis videntur facere nodo illi ſolvendo) uti diſcimus cum ex operationibus chymicis, tum ex rebus quoq; vulgatiſſimis. Mars fertur authore Paracelſo lib. 3. de natura rerum, qui inſcribitur de conſervatione rerum naturalium) adeò abhorrere à mercurio, ut catena ferrea, eâ parte, quâ fumum excipit mercurij, inſtar vitri reddatur fragilis. Frangi item ſolet vas vitreum inſigniter calefactum ad ſubitaneum frigidi aëris appoſitum. Rumpi quoque ſcyphum vitreum poſſe pro variâ vocis humanæ modulatione; artemque illam ſcitè edoctum virum quendam agere Amſtelodami, Dominus D. Morhofius Profeſſor Kilonienſ. Celeberrimus obſervavit, ceu ſcriptum ejus arguit curioſum & perquam elegans de ſcypho vitreo per vocem humanam fracto. Poſitis his φαινομένοις & in partem vocatis

fun.

fundamentis recentiorum, nunc rationem in proclivi eſt reddere rupturæ in ſmaragdo adactum venereum puta libidinoſi & tantum non impuri: Cum enim libidinoſi, illi nimirum, qui aut ipſi morbo venereo laborant, aut propius certè abſunt ab illâ lue recrementis ſalino-mercurialibus redundent inſigniter; fieri poteſt, ut halitus illi venenati (Olino-mercuriales) ex hujusmodi corporibus ſubinde & in actu inprimis venereo copioſius elati & ſmaragdo ſive δυσκρασία quâdam ſingulari ſive pororum effluviorumque diſcrepantiâ infeſti admodum in cauſa ſint aut fuerint ejusdem rupturæ citra ullum vel ſenſus vel dictæ ſtrictius antipathiæ argumentum. Nec mirum eſt his tantam vim ineſſe ἀποῤῥοίαις, ipſum jam malignitatis apicem affectantibus. Cum vel halitus illi ſcorbutici, authore CL. Thomâ Willis in lib. de ſcorbuto (inprimis ſi radicibus jam fixis altioribus quendam veluti malignitatis genium induerit ſcorbutus) & nigrorem poſſint & ſoleant, & eroſionem & ipſam

quo-

hìc ſiſto pedem, accuratiorem tracta-tionem rei tam difficilis tamque latentis in quâ etiam ſatis eſt voluiſſe, & doctioribus relicturus, & uſu experimentorum longiore inſtructis.

DEO TRIUNI LAUDES.



INDEX.

INDEX
Rerum, quæ in hoc libello continentur.
A.

Ato-

INDEX.

G D:n

Fer-

Mate-

Na-

N.

Ra-

INDEX.


R.

S.

Semi-

T.

V.



FINIS.